

Recopilat. vbi Azeuedo num. 5. Lara in l. si quis à
 liberis, & idem rescrispit, n. 159. ff. de liber. agnoscē.
 Surd. de alimentis, tit. 5. q. 7. n. 52. & ante eos fuit
 sententia Bald. cons. 448. num. 5. volum. 1. Nec
 t mirum cum macula patris spuri, incestuosi,
 37 vel nati ex damnato coitu, non noceat filio eius
 legitimo, quominus possit institui, & vocari ab
 auo, vt traddit Bart. in l. Gallus, §. quid si is, nu. 2.
 ff. de liber. & posthum. vbi Doctores, & est magis
 communis opinio, secundum Roder. Suarez, vbi
 proxime num. 17. Ant. Gomez in l. 9. Tauri eodem
 num. Pinell. in l. 3. nu. 20. & seq. C. de bon. matern.
 Couarr. in 4. par. 2. cap. 8. §. 5. n. 23. & seq. Ioann.
 Gutierrez. cons. 3. num. 14. Florian. cons. 26. num. 5. 2.
 Ant. Gamma decis. Portugaliae 136. nu. 4. facit in
 terminis nostris Roder. Suarez, vbi proxime num.
 22. & allegat. 27. n. 16. vbi post Bart. in l. fin. col. 2.
 ff. de his, quibus ut indignis, mouendo quæstionē,
 an sit modus aliquis per quem pater possit relin-
 quere filio suo spurio dicit, quod vnuis est mo-
 dus clarus, & lucidus, scilicet, quod cum iuxta
 iuris Pontificij sanctiones sit à patre filius alēdus
 relinquat fibi tantum, quod sufficiat ad alimen-
 ta, hoc modo relinquo filio meo spurio, in vita
 sua fundum pro aliētis, & post mortem sit suo
 rum filiorum, quibus benè potest relinquiri, l. fin.
 C. de naturalibus liberis, maximè quia dictus te-
 stator obligationem habuerat huiusmodi aliē-
 ta relinquendi, tanquam successor in bonis parē-
 tis Ioannis Bustamāte, tam ex sua persona, quam
 Beatricis Lopez sororis, cui illud recepti simū
 sit, t quod ad alimenta spuriōrum teneatur ne-
 dum pater viuens, sed post mortem eius ipsius
 hæres, ita post Bald. in cons. 258. vers. alimenta au-
 tem, vol. 1. & Socin. in l. Marcellus, §. res quæ, vers.
 tertio considerandis, ff. ad Trebellian. cum alijs plu-
 ribus, quorum meminit Ant. Gabr. concl. 1. n. 10.
 Ruin. in l. 1. n. 173. solut. matrim. l. si quis à liberis,
 §. item rescriptum, ff. de liber. agnosc. Hieron. Gabr.
 cons. 25. Iulia. num. 19. lib. 1. & cons. 29. n. 21. lib. 1.
 Beccius cons. 179. n. 7. lib. 2. glos. 9. & 10. in l. 8. tit.
 13. part. 6. Vinc. de Franch. decis. 645. n. 5. & decis.
 686. n. 2. etiam si pater id prohibuisset, vt per bo-
 nam rationem traddit Castill. in l. 10. Tauri, glos.
 en caso, vers. in tantum, text. in l. 2. tit. 19. p. 4. Co-
 uarr. in 4. decretal. par. 2. cap. 8. §. 6. nu. 15. & Ant.
 38 Gomez in l. 9. Tauri, n. 39. t & ad hæretis hære-
 dem dicta obligatio transit, ita ex l. libertis, & Lu-
 cius, l. cum unus in princ. vbi Angel. ff. de alimento.
 & ejus legat. traddit Castill. in dict. l. 10. Tauri,
 glos. alimento. vers. tu adde, pro quo facit, quod hæ-
 res hæreditis testatoris est hæres, l. final. C. de hære-
 dib. instit. vbi Doctores notant, Gomez de Leon
 alleg. 16. n. 6. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. n.
 237. & lib. 4. de præsumptionibus, præsumpt. 34. n.
 12. Roland. à Valle cons. 32. incip. recolome, num.
 7. vol. 4. præcipue cum dicat testator, quod si ne-
 cessaria facit habilitatio ad habēdum huiusmo-
 di legatum orat Maiestatem Regiam, vt digne-
 tur cum dicto Ioanne dispensare, t quia sicut,
 40 quodcunque relictum spuri valet, si relinquat-
 tir sub conditione legitimacionis à Principe ha-
 benda, vt traddunt plures alias allegantes Coua-

rrū. in 4. decretal. par. 2. cap. 8. §. 1. siu. 12. & Ant.
 Gomez in l. 9. Tauri, n. 18. vers. similiter, Bertrād.
 cons. 73. n. 6. & 7. lib. 3. ita & valebit in omnem
 euentum dispositio huiusmodi ad dictam habi-
 litationem relata, quæ tamen ex supradictis ne-
 cessaria non est; quare cum census hi, qui relicti
 fuerunt tempore mortis Melchioris Lopez, de-
 stinati fuerint pro alimentis dicti Ioannis de Bu-
 stamante adiudicari alij nequeunt, & adiudica-
 tio de facto fieri intentata nullius est roboris,
 t quia quando donatio (cuius appellatione lega-
 tum comprehenditur) est facta alimentorum in-
 tituti ex ea causa, seu ratione est in tantum fau-
 rabilis, vt impedit perpetuò translationem do-
 mini in alium dictæ rei donatæ, vel legatæ, aut
 ad effectum legati destinatæ, ita post Baldum in
 l. ea lege 3. n. 11. vers. 8. C. de conditione ob-
 causam datorum, & l. 1. C. de donatio. quæ sub modo, tradit
 Octauian. decis. Pedemontana 85. n. 10. & est sicut
 legatarius certæ specie, qui habere debet, & ei re-
 seruari legatum in ipsam et specie, t quia legata-
 riis in re legata, quodanmodo est hæres, vt tra-
 dit Roland. à Valle cons. 54. incip. doleo profecto, n.
 41. vol. 3. l. id tempus, & 1. ff. de vñsc. apionibus, Gre-
 gor. Lopez in l. 28. tit. 8. par. 5. glos. 5. limit. 2. vers.
 jed satis mib. placet, & in l. 5. tit. 2. par. 6. glos. 3. Ias.
 in l. Jeruo legato 72. n. 4. ff. de legat. 1. Florian. de S.
 Petro in l. Julianus, num. 5. ff. de legat. 1. t & hæ-
 res iste factum defuncti tenetur adimplere, & ob-
 servare, cum ei succedat, l. cum à matre, C. de rei
 vendicat. l. quæ à patre, C. de restit. milit. l. venditri-
 ci, C. de rebus alienis non alienand. Ioseph. Ludou.
 decis. Lucensi 63. num. 13. Gomez de Leon alleg.
 100. n. 5. Roland. à Valle cons. 97. incip. prima fa-
 cie, nu. 43. vol. 1. & cons. 30. nu. 29. vol. 4. t Hæres
 enim adeundo hæreditatem dicitur, quasi contrahere
 cum legatariis, adeo vt teneatur adimplere
 omnia per testatorem in suo testamento, & vlti-
 ma voluntate disposta, l. ex maleficijs, §. hæres, ff.
 de actionibus, & obligacionibus, §. hæres, institut. de
 obligacionib. quæ ex quasi contractu, Curt. iun.
 cons. 120. n. 7. Socin. iun. cons. 72. n. 26. vol. 3. Rol.
 vbi proxime num. 30. [Solorz. de iur. Indiar. tom.
 2. lib. 2. c. 8. nu. 50.] t Heres etiam adeundo, & se
 hæreditati inimicando, quasi contrahit cum le-
 gatariis, & fideicommissariis, & iudicium defun-
 citi ratum habere intelligitur, d. l. ex maleficijs, §.
 is quoque, ff. de actionib. & obligat. glos. in l. fin. ff.
 de interrog. action. cum adductis per Boer. decis.
 57. n. 1. Menoch. lib. 4. præsumpt. 108. n. 56. l. apud
 Julianum, §. hæres, ff. ex quibus causis in possessione
 eatur, Boer. cons. 53. num. 6. t in tantum quod te-
 netur, & obligatus est ex quasi contractu ordina-
 ta per testatorem seruare, dict. §. hæres, Sfortia de
 restit. in integr. part. 2. q. 83. art. 6. num. 58. & seq.
 Marc. Ant. Eugen. cons. 56. incip. licet ex his, nu. 8.
 lib. 1. qui t enim alicui succedendo ex persona
 sua lucrum capit, eius debet factum approbare, l.
 qui ex persona, ff. de regul. sur. Socin. iun. cons. 93. in
 fin. vol. 3. Portius cons. 126. n. 23. Roland. à Valle
 cons. 30. n. 31. vol. 4. & in terminis vltimæ volun-
 tatis dispositionis, probat text. in l. vnum ex fa-
 milia, §. si rem, ff. de leg. 2. §. non solum, institut. de
 le.

legatis, Joseph. Ludou. concl. i. de hereditibus, verf.
 14. amplia, † videtur enim contrahere cum defuncto, vt adimpleat eius voluntatem, vt ait Bal. in l. s. i. n. 1. C. de iur. deliber. & Barbacia cōsil. 63. lib. 3. Boer. d. n. 6. & ita debet tradere legatario rem ei a testatore legatam cum iuis pertinentijs, l. si ex toto in princip. l. quod in rerum, §. si quis, l. seruum filij, §. si area, ff. de legat. i. l. legatu, vbi glo. ff. de legat. 2. §. legatum, instit. de legatis, iuncta l. l. bert. §. Lucius, ff. de annnis legatis, l. 4. 5.
 49 & 57. tit. 9. par. 6. † nec ea, quae à testatore relinquuntur decet ab herede in irritum reuocari, argumi. t. ea, quae à patre, C. de restit. milit. Bald. in l. pupillorum s. n. 4. C. de repudianda, & abs. in. heredit. ex. cum est enim stari ei, quod testator disponuit, l. cum quidam, C. de necessary seruis hereditibus instituendis, alias secus faciendo hæres dicitur testatoris voluntatem circumuenire contra l. si cui 91. in princ. ff. de conduct. & demonstr. Socin. iun. cōsil. 72. n. 26. vol. 3. & conf. 68. vol. 4. quia cum hæres sit representatiue, † & iuris præsumptione cadena persona cum defuncto, vt inquit Imper. in auth. de iure iur. à moriente præstito in princ. collat. 5. Roland. à Valle cons. 71. num. 60. lib. 2. Petr. Benintend. decif. Rota Bonon. 12. n. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 9. n. 48. Gregor. Lopez in l. 19. tit. 22. part. 3. glo. 14. florian. in l. Mænus, §. cum qui, n. 5. ff. de legat. 2. Joseph. Ludouic. d. conclus. l. de hered. in principio, † hoc ei minime facere licet contradictam testatoris voluntatem, vt tradunt Bald. & alij, in dict. l. cum à matre. Socin. iun. alios referens conf. 60. nu. 25. vol. 4. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. num. 587. l. 24. vbi Greg. Lopez glo. 10. tit. 13. par. 5. Burgos de Paz cons. 52. 34. num. 36. † quia si contrauenerit dicta voluntati institutione in eum facta priuandus, (& iusta de causa venit) etiam si transgressio eslet in omittendo, vt post relatos per Aym. Crauet. conf. 119. sub num. 5. ver. sed in terminis, tradit Marc. Ant. Eugen. conf. 56. n. 10. & 12. lib. 1. Quare iure verissimum puto, & executiua peti via huiusmodi legatum posse, & in eius petitione dictum Ioannem iustitiam habere, nec ei heredem posse contrauenire. Salua, & c. Corthæ 10. Iuli 1599. Doctor Valençuela Velazquez.

SUMMARIUM.

- 1 Augmentum, & diminutio, ad Dominum pertinent.
- 2 Coheredes adiuvicem terentur de euictione, pro rebus unicuique adiudicatis in divisione.
- 3 Arbitrorum potestas dependet à compromisso.
- 4 Arbitrarius profert laudum super re compromissa.
- 5 Compromissa, & lauda sunt stricti iuris.
- 6 Compromissa non extenduntur nisi ad specificata.
- 7 Verba debent ad suam causam restringi.
- 8 Verba generalia, ab spacialibus intellectum recipiunt.
- 9 Verba generalia ab spacialibus restringuntur.
- 10 In computis, & rationibus, verbum generale, ad spacialia restringitur.

- 11 Idem in conventionibus.
- 12 Alienationis verbum, ad eam, qua fit inter viuos aliquando reducitur.
- 13 Renuntiationis verba generalia reducuntur ad causam spacialalem.
- 14 Idem in refutatione.
- 15 Verba generalia restringuntur natura contrariis.
- 16 Compromissi clausulae restringuntur ad suā causam.
- 17 Compromitti non censemur, alia quam in cōpromisso expressa.
- 18 Arbitri non possunt ultra compromissa pronunciare.
- 19 Laudum super non compromissis est nullum.
- 20 Arbitro excedente compromissum, non presumitur pro laudo illius.
- 21 Arbitri non seruantes formam compromissi, non dicuntur fungi officio suo.
- 22 Compromissum de bonis unius hereditatis, non comprehendunt alia.
- 23 Arbitri non possunt ultra prosequuta per partes pronunciare.
- 24 Iudicari non potest de his, super quibus cognitum non est.
- 25 Sententia generalis, reducitur ad petitionem specificalem.
- 26 Petitionis origo attenditur.
- 27 Iuramentum non supplet defectum consensus.
- 28 Iuramentum intelligitur si arbitri & quae pronunciarint.
- 29 Læsis generalibus verbis cōpromissi succurruntur.
- 30 Transactio, & compromissum equiparantur.
- 31 Transactio non fit nisi super re dubia, & lite incerta.
- 32 Transactio restringitur ad ea, super quibus licet.
- 33 Arbitri pronuntiantes super re non compromissa reputantur fatui.
- 34 Error presumitur potius quam donatio.
- 35 Donatio, que clare non probatur, non presumitur.
- 36 Verba generalia restringuntur, ne quis videatur iactare suum.
- 37 Error excludit consensum.
- 38 Errantis nulla est voluntas.
- 39 Errans non videtur actum ratificare.
- 40 Errans non approbat actum, & num. 41.
- 42 Consentiens per errorem, videtur contradicere.
- 43 Obesse non debet factum per errorem.
- 44 Errans numquam obligatur ex actu, quem facit.
- 45 Solutum per errorem repetitur.
- 46 Error de quo constat non debet nocere.
- 47 Error non debet causare amissionem rei propriae.
- 48 Error scripturæ non nocet, si consistat de veritate.
- 49 Veritas non vitiat erroribus getorum.
- 50 Veritas in omnibus obtinet Principatum.
- 51 Veritas semper præualet.
- 52 Veritas super omnia est amanda.
- 53 Veritas per se ipsa valet contra omnes machinas.
- 54 Veritas est mater iustitiae.
- 55 Veritatem, qui patitur opprimi, iram Dei in se provocat.

- 36 Iudices debent procedere secundum facti veritatem.
 37 Index habet largas habenas pro inquirenda veritate.
 38 Index non potest in conscientia contra veritatem iudicare.
 39 Error facti proprij regulariter non relevat.
 40 Error facti proprij, de quo constat per instrumentum, nocere non debet.
 41 Error facti proprij non nocet, si agitur de damno vitando.
 42 Errorem allegans quando debeat probare.
 43 Sententia arbitrorum, cum cautione legis Madridi, regulariter exequitur in Hispania in Regnis Castella.
 44 Erroris exceptio opponitur contra instrumentum guarentigium.
 45 Error calculi allegatur contra instrumenta, & sententias.
 46 Error calculi non nocet veritati.
 47 Sententia arbitraria non habet executionem super re non compromissa.
 48 Argumentum à contrario sensu procedit in legibus.
 49 Sententia arbitraria super re non compromissa, est nulla.
 50 Statutum regiens nullitatem laudi intelligitur, nisi sit nullitas excessus compromissi.
 51 Nullitas ex defectu iurisdictionis nunquam censetur exclusa.

ARGUMENTVM.

Arbitrorum potestatem pendere à compromisso, nec ultra commissa illis posse pronuntiare, nec aliter factum per errorem nocere.

CONSILIVM XI.



Ndreas Paez Ciuis, & Decurio Conchensis, & Elisabeth de Madrid eius vxor, habebant quædā immobilia bona in villa del Campillo, quæ æstimata fuere mille & octingentis duocatis, è quibus per viam legitimæ relæctis nona ginta quatuor millibus morapetinorum donnae Elisabeth Paez filiae, reliquæ æstimationis, & valoris vinculum fecere in favorem D. Petri Velazquez eorum nepotis; & cum ipsis defunctis post multos annos dicta D. Elisabeth vita deceperet dictus D. Petrus Ioannes, & Didacus Velazquez fratres super diuisione bonorum, & successionis eius compromisum in forma consueta fecere, arbitrique adiudicarunt dicto Ioanni in solutionem legitimæ, & legatorum sibi pertinentium dictos 94. mill. maraudinos per errorē addentes eos efficere sextam partem bonorum immobilium del Campillo, & arbitrio, seu laudo, partibus intimato omnes acquieuerere: quare dictus Ioannes debere exequi sententiam arbitriam, & sibi adiudicari dictam sextam partem prætendit, quod dictus D. Petrus negat,

errorem allegando calculi, & consensus, adimplerique si dicto Ioanni adiudicetur de dictis bonis ea pars, quæ efficiat dictorum 94. mill. maraudinorum valorem, in spe tempore dictæ taxationis, & non præsenti quo diminutus est maximè valor dictorum bonorum, & quia iustum videtur prætendere sequentia in iure sunt aduentanda.

Primo, quod diminutio valoris dictorum bonorum, quæ temporis transcurso succedit, spectat pro rata omnibus, qui domini partem habent: tamen augmentum, & diminutio regulariter spectant ad Dominum, l. quæ fortuitis, C. de pignorat. action. vbi Doctores l. pignus, eod. tit. Ayora de partitionibus, cap. 3. n. 15. part. 1. l. 1. l. lectos, ff. de periculo, & commodo rei venditæ, & ita licet tempore præsenti ob diminutionem valoris dictorum bonorum dicta 94. mill. morapetinorum non sint æstimationis, cuius erant tempore, quo fuere adiudicata dictæ D. Elisabeth, debet suum esse periculum, & dampnum, nec debet esse peioris coditionis dictus D. Petrus, & quod ad ipsum pertinet per viam meliorationis tertij, & quinti in eisdem bonis, t & reliqui hæredes debeant assecurare ei adiudicata, ad similitudinem emptiōnis, & venditionis, quia unusquisque videtur vediisse alteri, vel permutasie cum cohaerede parte suam hæreditatis, ut in l. 1. C. communia utriusque iudicij, l. si familiæ erit funde, C. famili. erit. Ayora ubi supra, 3. par. q. 9. n. 19.

Vterius, quia dicti compromissarij, seu Iudices arbitrii, solum habuere facultatem diuidendi, & arbitrandi super bonis, & hæreditate dictæ D. Elisabeth, non tamen de bonis, quæ dictus D. Petrus habebat ab auis suis virtute dictæ meliorationis; & ideo sua pronūciatio fuit inualida: nam t arbitration potest pendere à compromisso in ipsis facto, l. non distinguemus, §. de officio, ff. de receptis arbitris, l. si cum dies, §. plenam, eod. tit. Soc. iun. conf. 63. num. 6. vol. 1. & conf. 66. num. 8. eod. vol. Bald. conf. 191. in testamento, n. 3. vol. 2. & eod. 102. num. 5. vol. 3. facit lex 1. §. unde queritur, ff. de nou. oper. nunciat. Capola conf. ciuili 30. nu. 13. Roman. conf. 108. n. 1. conf. 155. n. 2. & 3. & conf. 403. pro decisione, num. 4. Alciat. conf. 284. num. 4. Roland. a Valle conf. 28. v. sa transact: one, nu. 37. vol. 4. Auendañ. in l. 4. tit. de las excepciones, n. 35. dicens, t quod arbiter non poterit quidlibet statuere, nec in qualibet re, nisi de qua re, & quatenus compromisum est, l. de his 51. ff. de recept. arbitris, Paul. Castr. conf. 260. vissis compromisso, n. 6. par. 1. t nam compromissa, & illorum sententiae sunt stricti iuris, & stricte interpretanda, C. cum olim de donationibus, Corn. conf. 63. nu. 8. vol. 2. l. veteribus, ff. de pactis, l. quicquid astringenda, ff. de verbis. obligat. Alex. conf. 124. in causa, & lite, nu. 3. vol. 2. Socin. conf. 20. omnipotens, n. 1. col. 2. vol. 1. Parisius conf. 4. num. 23. vol. 1. Roland. a Valle d. conf. 28. n. 34. Menoch. lib. 1. de arbitr. iud. q. 99. n. 3. & conf. 80. n. 42. lib. 3. & conf. 79. num. 14. eodem libro, Ioa. de Imola conf. 20. num. 1. t nec debent extendi, nisi ad specificata etiam si amplissimas clausulas contineret, l. si de certa, C. de transa.

- factionibus, l. licet, C. de iudicis, l. iubemus 21. C. ad Senatusc. Velleian. l. cum aquiliana, ff. de transact. o. l. Paulus in princ. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, Auendañ. vbi supra, Corneus cons. 168. col. pen. num. 3. vol. 1. & cons. 293. n. 5. & 13. 7 vol. 3. Roland. à Valle, vbi proximè num. 35. † nā qualibet verba debent ad iuam causam restringi, l. legatorum, §. 1. ff. de legat. 2. Alciat. in dict. l. si de certa, n. 1. Bald. in l. paetum, n. 17. C. de collationib. Marc. Ant. Eugen. cons. 13. presupposito num. 8. & 21. l. si quis ita, §. fin. ff. de verbis. obligat. l. quæsi- tum, §. 1. vbi late Bart. ff. de fundo instructo, Bald. 8 in l. quoties, notab. 2. C. famili. ercise. dicens, † quod generalia verba intellectum recipiunt ab specia- libus, in l. final. C. de hæreditat. vel action. vendita, 9 † & verba generalia regulantur, & restringuntur per specialitatem, cap. generi per speciem de regul. iur. lib. 6. cum similibus, Marc. Ant. Eugen. vbi pro- ximè num. 30. l. qui cum tutoribus, §. fin. ff. de træ- fact. l. emptor, §. Lucius, ff. de paetis, Angel. in l. obligatione generali, ff. de pignoribus, & doctissime cons. 248. incip. in splendidissima, n. 3. Innoc. in cap. conquerente de officio ordinarij, Alex. cons. 117. v. i. s. supra narratis, n. 1. vol. 1. Ruin. cons. 10. n. 9 lib. 4. 10 Cæphal. cons. 198. clare constat, nu. 5. tom. 2. † & in computis l. Prætor, §. Lucius secundum unum in- tellectum, ff. de paetis, Marc. Ant. Eugen. vbi pro- 11 ximè num. 23. † & in paetis, & conuentioinibus, l. si ex pluribus, ff. de acceptatio, l. ultim. §. quæsi- tum, vbi Bart. notat, ff. de condic. indeb. las. in dict. l. si de certa, n. 5. vbi Curt. iun. nu. 6. C. de transact. Dec. in l. in toto, num. 12. ff. de regulis iuris, † & in 12 alienatione verbum generale alienationis restrin- gitur ex verbo speciali venditionis, vt intelligatur solum de alienatione inter viuos, non de ge- nerali etiam ultimæ voluntatis, vt tradunt So- cin. cons. 13. in fin. lib. 3. Corn. cons. 97. col. 3. nu. 2. lib. 1. Ruin. cons. 7. n. 10. & 11. lib. 3. Cæphal. cons. 278. deceffit num. 87. lib. 2. † & in renunciationi- bus est text. notabilis in l. iubemus, vbi Bald. C. ad Senatusc. Velleianum, Marc. Ant. Eugen. dict. cons. 28. n. 25. Decius in l. po. quam lit.: n. 16. C. de paet. & ibi communiter Doctores, idem Dec. cons. 495. n. 20. Calderin. cons. 5. de præbendis, Cæphal. cons. 25. n. 46. & seq. lib. 1. Ioseph. Ludou. decis. Lucen- si 5. n. 73. Laderch. de Iniola cons. 127. & si abun- 13 de num. 13. [Muta decis. 94. n. 13.] † & in refuta- tione hoc idem aduertit Bald. in l. si ex maiore, C. de exceptionibus, Marc. Ant. Eugen. vbi proximè nu. 26. Alex. cons. 208. ponderatis num. 7. lib. 6. & clausula generalis, quando de vna tantum persona fit mentio, restringitur ad eam, Bellamer. con- clus. 609. n. 1. rubr. de præbend. † Nam omnia ver- ba generalia restringuntur secundum naturam contractus, & rei, super quibus apponuntur, l. Ins- fulan, ff. de prescriptis verbis, l. si stipulatus, §. de usuris, ff. de verbis. obligat. Bart. in l. qui Rome, §. duo fratres, q. 2. cod. tit. Marc. Ant. Eugen. d. cons. 28. num. 29. Cæphal. cons. 104. num. 8. tom. 1. Ro- 14 land. à Valle cons. 39. n. 11. lib. 4. † & ita omnes clausulae cicti compromissi ad suam causam re- stringuntur, scilicet ad hæreditatem D. Elisabeth Paez, nec ad alia extendi valent; quia compro-

mittentes † non presumuntur compromittere, 17 etiam ex generalitate verborum in aliquem ex- tra ea, quæ in compromisso sunt, nisi sint leuis præiudicij, aut dependentia, vt argumento l. si- libertus, ita iurauerit, ff. de operis libertorum, & l. si de meis, §. recepisse, ff. de receptis arbitris, tradit Flor- ian. de S. Petro cons. 17. num. 8. nec arbitri † po- tuerunt ullo modo super alijs iudicare, quam suer eis, de quibus compromisum est factum, d. l. nō distinguemus, §. de officio, l. si cum dies, §. plen- num, cum l. j. eq. ff. de receptis arbitris, Ant. de Butr. in cap. constitutus, iuncta glo. de religiosis domi- bus, Alex. cons. 94. in crux, & lite, num. 7. vol. 2. Florianus vbi proximè num. 12. Paul. Castr. consil. 136. incip. viso libello dicti Io.ancis, n. 2. vol. 2. Ale- xand. cons. 79. n. 7. lib. 5. † Nam alias laudum red- deretur nullum, tanquam latum super non com- prehensis in compromisso, cap. cum dilecti de ele- ctione, cap. cum dilectus de arbitris, l. 23. vbi Gre- gor. Lopez glo. 19. tit. 4. par. 3. Messia ad l. de To-ledo, in responsione ad secundam partem primi fun- damenti, n. 12. Azeuedo in l. 4. tit. 1. lib. 4. Recopil. num. 111. vt tradit Alexand. cons. 48. in causa ver- tente, n. 10. vol. 7. Socin. cons. 63. nu. 6. & cons. 77. num. 75. vol. 1. Roland. à Valle dict. cons. 28. num. 38. Franc. Beccius cons. 183. num. 16. vol. 4. nec est presumendum pro sententia arbitri eo casu, † quia arbitrio excedente fines compromisi ce- sat presumptio pro eius laudo, vt tradit Angel. cons. 238. visa narratione, n. 8. Alciat. in tractat. de presumpt. regula 3. presumpt. 12. nu. 8. Menoch. cod. tract. presumpt. 76. n. 27. Rebuff. tom. 3. com- mentar. constit. Franc. ti. de arbitr. glo. 10. nu. 16. Azeued. in l. 4. tit. 21. lib. 4. Recopil. n. 112. [Facit l. si ex testamento 20. ff. de except. rei iud. ibi: Nec obstat utram ei exceptionem, quod non sit petitum, quod nec actor petere putasset, nec iudex in iudicio sensisset: l. si cum 21. eod. tit. ibi: Quia neque litigato- res, neque iudex, de alio quam de argento actum intelligent.]

Imo non importat plus eorum arbitrametum, quam si pronunciatum non fuerit à dictis arbitris, † nam arbitri, qui protulerunt sententiam contra formam commissione eorum, non dicu- tur functi eorum officio, l. quid tamen, ff. de recept. arbitris, Bart. in l. si ut proponis in princ. nu. 11. C. quomodo, & quando iudex, Specul. lib. 1. tit. de ar- bitris, §. excipitur, n. 6. ver. item quod non est latu, Paul. de Caltr. cons. 103. viso testamento, n. 1. vol. 1. Viuius inter communes Doctorum opiniones, lib. 3. tit. 26. C. de receptis arbitris, n. 89.

Neque dictus D. Petrus Velazquez, neque fra- tres eius habuere animurn deducendi in compro- misso aliud, quam diuisionem bonorum, & hæ- reditatis dictæ D. Elisabeth, vnde nullo modo est dicendum venisse partem aliquam vinculi, & me- liorationis dicti D. Petri, etiam si verba ad id co- prehendendum sufficientia forent. † Quia si co- promissum fiat de vna hæreditate verbis, quibus possint comprehendendi alia bona alterius hæredi- taris, si tamen partes crediderunt ea bona non comprehendendi, non comprehenduntur, vt ex l. si cum dies, §. plenum, ver. sed si forte, ff. de receptis 22 at-

arbitris, l. licet, C. de iudicis, Paul. Castr. conf. 389. in qua^estione, que vertitur ad finem part. 2. Imò 23 quod plus est † sufficit non esse prosequutam causam super ætimatione bonorum del Campillo, & arbitri quantumcunque habeant compromissum generale, non possunt iudicare ultra prosequuta, ita est text. in l. si cum dies, §. plenum, ff. de receptis arbitris, & ibi Bart. Bald. & Roman. idem Bald. in l. de rebus, ff. eadem, dicens esse rationem, † quia de alijs minimè potest iudicare, cum de illis non sit cognitū, sequitur Angel. consil. 218. vīsa narratione nu. 8. dicens, quod fatuus est arbiter, qui iudicat super non petitis, & super his, de quibus no^t conitat, quod partes litigariunt, aut litigare vellent, per text. in l. fin. C. de fideicommiss. libert. l. vt fundus, ff. commun. diuidendo, tenet Socin. consil. 220. vīsa compromissō laudo, col. 2. vers. confirmatur, volum. 2. Anton. Blancus de compromissis, tit. de potest. arbitrorum, q. 6. num. 25 9. † facit l. si mater, §. denique, vers. si quis, ff. de except. rei iudic. vbi si petitio est particularis, & si exiret, & lata fuerit sententia generalis, reducitur ad particularem petitionem, Ioan. Vinc. de Anna allegat. 48. num. 12. & 13. dicens, quod si petitio eslet particularis prosequutio, & intentia universalis exceptio rei iudicata, non obstat nisi in particulariter petitis, † nam origo petitionis attenditur d. l. si mater, §. & an cande, cum glos. verbo origo, Bart. Socin. consil. 18. prosequendo num. 42. & seq. volum. 1.

Nec obstat dicere iuramentum interuenisse in 27 huiusmodi compromisso, † nā compromissum non transit ad casum, in quo non adeslet consensus, nam hæc iuramentum non supplet, iuxta notata per Bart. in authent. sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem, & in l. si duo, §. Iulianus, ff. de iure iur. Paul. Castr. conf. 122. vīsa puncto, num. 4. vol. 2. Alex. conf. 48. in causa vertente, nu. 10. vol. 7. Aiciat. conf. 129. num. 4. Corn. conf. 31. n. 8. vol. 3. Paris. conf. 24. n. 100. vol. 2. Roland. à Valle conf. 28. num. 36. vol. 4. Ludouic. Morot. 28 responso 24. num. 27. † & quia iuramentum habet tacitam illam conditionem, si arbitratores æque fuerint arbitrati, l. si libertus it. 1. ff. de operis libertorum, Thobias Nonius conf. 68. num. 15. Io. 29 seph. Ludou. decif. Lucensi 27. n. 21. † nec debent attendi verba generalia, quæ solū videntur prolatæ sub confidentia discretionis arbitrorum, vel arbitratorum, ad captiandam eorum benevolentiam, vnde non ita late, vt sonant debent intelligi, & si sub hac confidentia decipiuntur eti succursum eis, vt dicit Dec. conf. 11. col. 5. num. 5. conf. 430. col. 2. nu. 8. Aymon Craueta confil. 192. nu. 23. Iosephi. Ludou. vbi proximè num. 16.

30 Vlterius, quia transactio, † & compromissum æquiparantur, authent. vt differentes Iudices, §. 1. coll. st. 9. & authent. si vero contigerit, C. de iudicis, & vtrobiisque Doctores, Alexand. conf. 22. vi. jo instrumento, nu. 3. lib. 1. Iaf. in l. fin. nu. 122. C. de iure emphyteutico, Tiraq. de legibus comnub. glos. 5. q. 20. num. 205. Barthol. Socin. in l. 2. num. 2. ff. de iure iur. iudicii Alex. conf. 40. nu. 9. lib. 5. Flor. n. l. in arbitru, num. 25 ff. de legat. 2. Paul. Tom. 1.

Castr. conf. 2. nu. 2. lib. 3. Corneus conf. 216. nu. 1. & conf. 148. nu. 1. vol. 1. & conf. 54. num. 5. vol. 2. Roland. à Valle conf. 79. nu. 48. lib. 3. Molin. lib. 4. de Hispan. primogen. cap. 9. num. 1. Azeued. in l. 4. tit. 21. lib. 4. Recopil. nu. 7. † ideo sicut transactio debet esse, nec alias fieri, quā super re dubia, & lite incerta, l. 1. ff. de transact. Tiber. Deician. conf. 56. n. 5. & 18. lib. 1. Marc. Ant. Eugen. conf. 13. num. 31. lib. 1. † dicens, ideo debere restringi ad ea, de quibus versabatur lis, & controvergia inter partes, & in compromisso, hoc tenet in specie Alex. d. conf. 22. n. 3. lib. 1. quia compromissum non potest fieri de rebus liquidis, vt latè tradunt Blancus in tract. de compromissis, quæst. 4. per totam, Dueñ. regula 36. nu. 7. limit. 2. Ioseph. Ludou. decif. Lucensi. 26. nu. 1. bona autem ad dictum D. Petrum spectantia virtute dictæ meliorationis erant liquida, nec super eis aliqua erat lis, nec esse poterat, & per consequens neq; compromissum; & fatui fuerūt dicti arbitratores arbitrando super non petitis, † & super his, de quibus non conitat, quod partes litigarunt, aut litigare vellent, l. fin. C. de fideicommiss. libert. l. vt fundus, ff. commun. diuid. vt proprijs in terminis cōprobat Angel. consil. 218. num. 8.

Nec obstat dicere, quod dicti arbitri in adiudicanda portione hæreditaria dicto Ioanni Velazquez, & pro ea nonaginta quatuor millia marauedinorum dicta D. Elisabeth pertinentia in bonis immobilibus sitis in villa del Campillo addidisse hanc summam efficere sextam partem dictorum bonorum, dictumque D. Petrum approbasse diuisionem, assensumque ei præstisile, nam id per errorem fecit, sicut & arbitri fecere; quia dicta bona testimata erant mille, & octingentis duocatis efficientibus summam sexcentarum, & septuaginta quinque millium marauedinorum, quorum sexta pars sunt centum, & duodecim millia, & quingenti marauedini; & ita error interuenit in quantitate decem, & octo millium, & quingentorum marauedinorum, & per consequens nullum prædictum generatur dicto D. Petro, nec donasle præsumitur coheredibus, † nā potius præsumitur error, quā donatio, glos. verbo causam, in l. generaliter, C. de non numerand. pecun. vbi Angel. opos. it. 3. Aymon Craueta confil. 74. num. 14. & conf. 142. nu. 26. & conf. 193. nu. 7. late Tiraquel. in l. si unquam verbo donatione largitus, num. 206. C. de reuoc. donat. Dec. confil. conf. 402. nu. 6. Roland. à Valle conf. 65. magnificus Dominus, nu. 13. lib. 4. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. casu 88. num. 3. † nunquam enim prælatus donatio si clare non probatur, l. si cum aurum, ff. de solut. l. campanus, ff. de oper. libert. l. cum de indebito, ff. de probat. Gregor. Lop. in l. 36. tit. 12. part. 5. glos. 3. l. fin. 6. fin. autem, C. arbitrium tutela, glos. verbo probare, in cap. fin. de solutionibus, Anton. de Butr. in cap. cum ad edem, nu. 25. de re tit. spoliatorum, Afiliat. decif. Neapolit. 13. num. 14. nam vt Aristoteles ait l. b. 3. Ethicor. cap. 1. Nemo suas fortunas sponte ejicit: in tantum † quod verba generalia restringuntur salua ratione recti sermonis, ne quis videatur suum iacta-

iactare, dict. l. si de certa, vbi Bart. C. de transactio-
nibus, l. si ex pluribus, ff. de solutionibus, l. si ita sti-
pulatus fuerit, ff. de verbis. obligat. Stracha in tra-
Etat. de decoctoribus, part. 6. nu. 25. & ex l. elegan-
ter, l. qui reprobus, ff. de pignor. actio. Marc. Ant.
Eug. conf. 13. num. 32. lib. 1.

- Vnde non potest dici dictum D. Petrum du-
87 Etum praedicto errore consensile, tamen error
consilium impedit, l. si per errorem, ff. de iuris di-
ctio. omn. iudic. Socin. Iuni. consil. 3. nu. 28. vol. 2.
Roland. à Valle consil. 32. recolo me alias, num. 71.
lib. 4. Alexand. consil. 23. nu. 10. lib. 7. Conanus lib.
5. commentario iuris civilis, cap. 4. ad finem, idem
Roland. consil. 13. num. 22. lib. 1. Cephal. consil. 207.
num. 66. & consil. 220. nu. 29. tom. 2. Roder. Suar.
alleg. 12. num. 27. tamen errantis nulla est voluntas,
l. cum testamentum, C. de iuris, & facti igno-
rantia, l. non idcirco eod. tit. Roland. à Valle d. cito
consil. 32. num. 70. l. sed hoc ita, ff. de aqua. pluv. arcen.
Menoch. lib. 2. de presumptione. presu. npt. 19. num.
9. Donatus à fina inter communes opiniones, dict.
tit. C. de iuris, & facti ignor. nu. 23. & 27. Burg.
39 de Paz consil. 19. nu. 16. tamen errans videtur actum
ratificare, l. mater, ff. de rei vindic. cum alijs Bald.
in l. 1. C. qui ad nitti ad bonorum possessionem pos-
sunt, num. 22. ad finem, Burgos de Paz consil. 25.
40 num. 67. tamen omnis approbatio alicuius actus
intelligitur si vera sunt, quae narrantur, vt tradit
Paul. de Castr. consil. 386. incip. sive dicamus, num.
2. part. 1. argum. cap. ex parte 1. de rescriptis, Dec.
consil. 335. num. 3. Gozad. consil. 27. num. 1. Iaf. in
l. quod eruus, num. 8. ff. de condit. causa dat. 1. decif.
41 Genua 2. num. 38. tamen qui errat non approbat,
l. fin. ff. de hereditibus instituendis, l. 2. ff. de iudicis,
& dicit Bald. in l. error, num. 1. C. ad legem Falcid.
42 quod tamen qui per errorem consentit, potius vide-
tur contradicere, Gregor. Lopez in l. 1. t. t. 2. par.
4. glos. 2. ex notatis in cap. 1. præterea, quibus mo-
dis feendum amittatur in usibus feudorum, ideò no
potuit ei obesse, quia nil magis contrarium est
consensui, quam error, l. nihil consensui, & non vi-
detur, ff. de regul. iuris, l. si Procurator, ff. de acquir.
rerum domin. Bald. in l. cum fidem, nu. n. 2. C. de non
numerand. pecun. Abb. in cap. si cautio, num. 2. defi-
de instrumentorum, Coquarr. in cap. alma mater,
part. 1. §. 10. n. 10. de sentent. ex com. lib. 6. Iaf. in §.
item si quis, n. 54. In fit. de action. l. 15. tit. 22. part.
3. vbi Greg. Lop. glos. 2. Burg. de Paz consil. 28. n. 66.
43 Ulterius tamen quia non debet obesse, quod non
ratione, sed errore factum est, l. quod non ratione,
ff. de legibus, dict. l. si per errorem, ff. de iuris. omn.
iudic. Bellamer. conclus. 773. sub rubrica de feudis,
num. 6. Alcobrand. in l. ius auct. n. nu. 24. In fit.
de iure naturali, Roland. à Valle consil. 13. num. 29.
lib. 1. dicens, tamen quod errans nunquam obligatur
ex actu, quem facit, l. error, ff. de iuris, & facti igno-
rantia; & ita neque erronea stipulatio in esse
est obligat, secundum Florian. in l. si legati, nu. 1.
45 ff. de legat. 1. tamen solutum per errorem repeti-
tur, §. 1. In fit. quibus modis re contrahitur obliga-
tio, l. quod indebit, nu. §. 1. ff. de condit. indebit, Al-
dobrand. n. §. dari auct. n. nu. 34. In fit. qui te-
mento tutores dari posunt, Ioa. Cephal. consil. 198.

num. 11. tom. 2. tamen error non debet officere 46
docto de errore, vt per Bald. & alios in l. si post
diuisionem, C. de turis, & facti ignorantia, Roland.
à Valle consil. 100. num. 23. lib. 3. tamen nec debet esse 47
causa, vt quis rem suam amittat, l. si Procurator
35 ff. de acquir. rerum dom. dicens: Si Procurator
meus, vel tutor pupilli rem suam, vel quasi mea,
vel pupilli alij tradiderit, non recensit ab eis do-
minium, & nulla est alienatio, quia nemo errans
rem suam amittit, Conanus lib. 3. commentario
iuris ciuilis, cap. 7. & lib. 5. cap. 4. ad finem, l. si cum
te 52. ff. de pactis, Andr. Tiraq. ae retractu lignag.
§. 1. glos. 2. num. 19. & licet scriptum sit in sen-
tentia arbitaria, nullius est effectus, tamen er- 48
ror scripturæ nocere non debet, quando conitat
de veritate, l. si librarius, ff. de regul. iur. Paul. Ca-
str. consil. 352. ad primum dicendum, num. 1. vol. 2.
dicitq. Vlpianus in l. illicitas, §. veritas, ff. de offic.
Presidis, tamen veritas rerum erroribus gestorum, no 49
vitiatur, Roland. à Valle consil. 4. num. 19. & consil.
32. num. 17. lib. 4. Conanus lib. 9. cap. 4. versic. at
qui, Ludou. Morot. resp. 29. num. 34. Palma mi-
scel. iur. part. 1. glos. 20. num. 5. Tapia decij. 2. num.
36. Solorz. de iur. Indiar. to. n. 2. lib. 2. c. 8. n. 53.] 50
Nam tamen veritas in omnibus principatum obri-
net, & est a quoque preferenda, cap. queritur
2. q. 7. l. pen. ff. de probat. Angel. consil. 391. sub alijs
quodem terminis, num. 3. Rosarium Bulti lib. 2. ser-
mone 31. litera L. & seq. Dec. in cap. quoniam con-
tra, rotab. 4. de probat. & in cap. si duobus, col. 3.
nu. 9. de appellat. Ioa. Neuizan. lib. 5. sylva, quo-
modo sit iudicandum, num. 112. Menoch. lib. 1. de
presumpt. q. 3. 1. nu. 4. dicens, tamen quod veritas scim- 51
per præualeat, d. Et l. pen. §. mulier, Bald. in l. filium,
lect. 1. num. 4. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris,
Paris. consil. 29. num. 82. lib. 2. tamen & est super omnia 52
amanda, l. cum ita legatum 62. ff. de condit. & de-
monstrat. Roland. à Valle consil. 68. requi. tus, num.
5. lib. 3. cum omnia ei cedant, Eldræ lib. 1. cap. 4.
cap. fraternitatis, defrigidis, & maleficiatis, cap. ve-
ritat. 8. distinc. Roland. à Valle consil. 11. omisso
multiloquo, num. 3. & consil. 88. num. 1. volum. 3. 53
tamen Cicero in oratione in Vatinian. Tanta semper
potentia in veritas habuit, vt nullis machinis, aut
cuiusquam hominis ingenio, aut arte subuerti po-
tuerit, & licet in causis nullum patronum, aut de-
fensorem obtineat, tamen per se ipsa defendatur. Et
in oratione pro Marco Celio: O magna vis veri-
tatis, quae contra hominum ingenia, callicitatem,
solertiam, contraq. factas omnium iniurias facile per
seipsa defendat, Menoch. lib. 1. de presumpt. quest.
31. nu. 4. Petr. Gregor. lib. 17. de Republ. cap. 3. nu.
8. Florian. de S. Petro consil. 15. nu. 11. Ioa. Andr.
in cap. da nna. nus, num. 11. de summa Trinitate,
quia veritas est mater iustitiae, tamen tradit Bart. in 54
l. libertini, ff. de statu hominum, num. 1. Roland. à
Valle d. consil. 11. nu. 2. & consil. 47. num. 11. vol. 3.
& consil. 88. nu. 2. vol. 1. Ioa. de Neuizan. ubi su-
præ nu. 113. tamen & ira Dei prouocat super se, qui 55
veritatem oppriani conspiciens eam pro viribus
non defendit, cap. quisquis, cap. nolite timere 11. q.
3. Ludou. Zunt. in repon. o pro uxore, num. 36. &
seq. Adrianus, & alij relati per Neuizan. vbi pro-
xime

zimè num. 117. & cons. 34. nu. 6. 7. & 8. Iacobus Philippus Portius cons. 162. nu. 58. Dec. cons. 151. in princip. Socin. lun. cons. 76. num. 1. & cons. 127. nu. 1. lib. 1. & cons. 41. nu. 1. & seqq. & cons. 134. nu. 1. & 2. lib. 3. Paul. Calstr. cons. 234. in causa appellat. ante num. 1. vol. 2.

56 Vnde t̄ leges Regia iudicibus iniungunt, vt facti veritate inspecta procedant, l. 3. tit. 22. part. 3. l. 11. tit. 1. lib. 3. Ordinamenti, Auendañ. responso 1. nu. 13. Burgos de Paz cons. 40. nu. 3. l. 10. tit. 17. lib. 4. Recop. vbi Azeuedo nu. 90. & 125. qui allegat l. quoad Epheſi, ff. de eo, quod certo loco, & cap. 13. & 17. Deuteronomy, Octauianus deciſ. 1. Pedemontana, num. 20. l. 1. & l. nemo, C. de sententijs, & interloquitionibus omnium iudicium, Florian. d. cons. 15. nu. 10. dicens num. 13. t̄ quòd

57 ludex ad inquirendam veritatem, habet largas habenas, & debet pro ea conari quantum potest, l. iude. x. C. de iud. c. i. l. maritus, in fine, ff. ad l. Falcid. & facti veritate comperta potest iudicare circa non petita, secundum Alexan. in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, nu. 8. ff. d. verbor. obligat. lat. in l. certi conditio, §. si numeros, num. 33. ff. si cert. pet. Maranta de ordine iudiciorum, part. 4. distinet. 9. num. 17. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 3. nu. 5.

58 Auendañ. responſ. 1. num. 22. t̄ & cum de ista veritate contet debet retractari in contrarium genita, cap. quicunque, vbi notatur 80. distin. Florian. vbi proximè num. 12. nam contra ipsam non potest iudex cum libera, & secura conscientia aliquid attentare, vt dicit text. in cap. Abbat. sane, ver. sed qui de sententia, & re iudicata, l. si seruum, §. sequitur ff. de verb. oblig.

59 Neque t̄ obſtabit dicere dicti D. Petri errorem esse in proprio facto, & ideo nō iuuare, ex l. quam, ff. ad Velleian. Bart. in l. si quis delegaverit, ff. de nouationibus, loan. Cæphal. consil. 65. nu. 9. nam in nostro casu secus dicendum est cum dictus D. Petrus agat de dāno vitādo, & per instrumenta publica diuisionum, & partitionum auo-

60 rum eius constet de errore, t̄ nam error in facto proprio admittitur, quando constat per publicum instrumentum rem se aliter habere, vt tradit Carolus Ruin. consil. 10. nu. 16. volum. 3. & cons. 127. num. 16. eodem volumine, Paris. cons. 89.

61 nu. 37. lib. 1. & t̄ quando tractatur de danno vi- tando, l. se. 1. & si me putem, ff. de condit. indeb. Burgos de Paz cons. 25. nu. 65. lib. 1. Roland. a Valle, vbi proximè num. 50. & cons. 50. num. 63. lib. 3. & cons. 1. num. 65. lib. 4. ex glos. in l. cura de indebito, verba ignorantiae, vnde Budæus lib. 1. de aſe, pag. 2. c. r. a. fin. fol. 4. ait: Quod ad me attinet, non usque adeo sacro/antlam Plini: authoritatem, ac nec cuiusquam quidem antiquorum debere esse censio, vt non presentissimum veritatis numen fuisse, semper que fore apud aequos, bonosque Iudices meminerimus. Et Cicero lib. 2. officiorum, ait: Iudicis semper est verum sequi.

62 Neque obſtabit, t̄ quòd errorē allegans debent eū probare, quia non præsumitur, ex l. ei qui, ff. de probationibus, Bellamera conclus. 692. nu. 4. nam error statim probatur, cum demontratur rem se alite r. habere, vt tradit Florian. de S. Petro in l. Tom. 1.

cum proponebatur, num. 13. ff. de legat. 2. l. de etate, §. ultim. ff. de probat. l. si post diuisionem, C. de iuris, & facti ignorantia, Craueta consil. 329. nu. 17. & cons. 701. num. 21. Portius Imolens. consil. 96. num. 13. Menoch. cons. 1. num. 91. & cons. 85. num. 108. lib. 1. & lib. 6. de præsumpt. præsumpt. 22. num. 8. Burgos de Paz d. cons. 25. nu. 64. Roland. a Valle cons. vlt. nu. 24. lib. 3. Joseph. Ludou. decis. Lucenſi 27. n. 29. ex dictis autem bonorum diuisionibus satis liquet de dicto errore.

Neque obſtabit dicere, t̄ quòd sententia arbitrorum de executioni mandari datis fideiūſforibus, iuxta formam legis Madriti, ex his, quæ late traduntur Roderic. Suar. in l. post rem indicatam, caſu 8. ff. de re iudicata, loan. Gutierrez. in l. nemo potest, nu. 440. & seq. ff. de legat. 1. Gregor. Lopez in l. 35. t. t. 4. part. 3. glo. 7. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. part. 1. & 2. rum. 1. Muta. de cī. 53. nu. 27.] & alijs, ex l. 4. tit. 21. lib. 4. Recop. t̄ nā adhuc error potest opponi, sicut potest op. 64 ponii aduersus executionem instrumenti guarētigij, vt tradit loan. Gutier. de iuramento confirmatorio, part. 1. cap. 40. nu. 28. & seq. qui ita ampliat l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordinam. quæ est l. 1. tit. 21. lib. 4. Recopil. in qua ponuntur exceptiones, t̄ quæ 65 tantum debent admitti aduersus executionem instrumenti publici, vel sententiae, maximè si sit error calculi, de quo in nostro casu, vt concludit Padilla in l. error. n. 17. C. de iuris, & facti ignorat. Parlador. d. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 11. num. 42. & seq. quia t̄ talis error non facit præiudicium veritati, & ita post computa debiti, & conclusione eius potest allegari l. 1. vbi Cyn. nu. 1. C. de errore calculi, l. 5. §. item si calculi error, ff. quæ sententiae sine appellatione rescindantur, Bald. in cap. inter ceteros, num. 7. & 8. de sententia, & re iudic. l. 14. tit. 18. part. 3. Rebuff. tom. 2. commentar. ad constitutiones Gallicas, tract. de mercatoribus minutatim videntibus, glos. 20. num. 3. etiam post decennij, aut bicerannij tempus, l. penult. ff. de ad. ninij/ratio ne rerum ad ciuitatem pertinentium, & notatur in l. unica, C. de errore calculi, Rebuff. dict. tom. 2. tract. de rescissione contractus, artic. unicus. glos. 6. num. 5. Bellacomba inter commun. opin. lib. 2. tit. 5. C. de errore calculi, num. 5.

Vlterius fit manifestior iustitia dicti D. Petri, quia huiusmodi sententia arbitria nō est de his, quæ executione merentur, sed nulla, quia emilia super eo, de quo non fuerat compromissum in arbitros, vt latè superius ostendi, t̄ & dicta l. 4. tit. 21. lib. 4. Recopil. ad hoc, vt executioni mandetur, requirit, quod sententia arbitria procesſerit super rebus in compromisio deductis, vt ostendunt illa verba: Y sobre aquellas cosas, sobre que fue comprometido, dan sentencia. Et poslea: Y sobre las cosas sobre que fue comprometido, ita ea intelligit, & ponderat Azeuedo. ibi nu. 108. ex d. l. non d. ff. ngue- mus, §. de officio, l. si cum dies, §. plenum, ff. de arbitr. l. si de certa, C. de transact. l. 23. col. fin. l. 26. vors. otros, l. 32. tit. 4. part. 3. t̄ nā a contrario sentiu- glētæ legis non est exequenda sententia extra ca- ſam in compromisio comprehensum lata, quod argumentum in legibus fortissimum est, l. 1. ff. de officio

officio eius, cui mandata est iurisdictio, l. qui testamento 2. §. mulier, ff. de testamentis, cap. cum Apostolica, in fine, de his, quae sunt à Prælatis sine confessu Capituli, cap. cum virum, de regularibus, Matica de coniect. ultim. volunt. tit. 15. num. 11. Bart. in l. o nnes populi, num. 61. ff. de iustitia, & iure, 69 Cæphal. consil. 51. num. 14. tom. 1. t & cum sit nulla sententia arbitraria lata super eo, quod non exit compromissum, non meretur executionem, l. in hoc iudicio, ff. famili. ercif. loan. Garcia de expens. & melior. cap. 24. num. 12.

Neque obstabit dicta lex Regia, prohibens dici de nullitate contra arbitratorum sententiam, cuius petitur executio, nam lecus dicendum est, quando nullitas esset ex defectu compromissi, & solum procederet dicta lex Regia, quando compromissum esset omni ratione validum, quod non fuit in praesenti casu, t pro quo est celebris determinatio Paul. Castr. consil. 107. incip. videtur dicendum, num. 2. volum. 1. vbi in terminis similibus statuti reijcentis ius dicendi de nullitate ait, debet ergo intelligi statutum, quando laudum est latum super eo, de quo partes potuerunt compromittere, & quando compromissum esset omni ratione validum, ex quibus sequitur non obstatre statutum prohibens, opponi exceptionem nullitatis, quia debet intelligi, nisi procederet ex defectu compromissi, secundum Guillelm. de Cugno, qui ita notat in l. 3. §.
Si filius, ff. de peculio, bald. in l. 2. nu. 3. C. de executione retiudicata, cum notatis per Bart. in l. 2. §. si quis ex b s, ff. qui satisf. cog. int. glos. verod non obstante, in clement. vnic. de sequestrat. possess. & fructuum, cuius autoritate Doctores com-
muniter resoluunt, t quod si lex, vel statutum prohibeat dicere de nullitate contra sententiam, si tamen talis nullitas ex defectu iurisdictionis proueniat, potest deduci tali prohibitione non obstante, Anton. de Butr. in cap. item cum quis, num. 16. vers. aduertendum, de rest. poliat. Roderic. Suarez in l. 2. titul. de los emplazamientos, num. 47. Anton. Gomez tom. 3. variarum, cap. 12. num. 8. bald. in l. si quis fil. o, §. quod si quis, num. 2. ff. de iniustorupto, & in l. jc. re oportet, §. ultim. num. 1. ff. de excusat. tutor. Couarr. in præcis, cap. 25. num. 4. Paul. Castr. consil. 19. num. 30. lib. 3. Alexand. consil. 77. in causa, & lte, nu. 9. volum. 2. [Solorzan. de iur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 9. num. 62.] Ex quibus omnibus mihi rerum de iure videtur, dictum D. Petrum Velazquez iustum fouere caulam, vt error prædictus rescindatur, & dicto Ioanni fratri suo adiudicetur, quod ad ipsum liquido, & in veritate pertinet. Salua, &c. Conchæ 25. Iulij 1611.

SVM MARIVM.

- 1 Sixtus V. edidit motum proprium circa requisita ad profitendum Religionem.
- 2 Gregorius XIV. alium similem edidit.
- 3 Informationes Nouitorum qualiter debeant fieri, & de pr. u. legio concessio Monasterio S. Stephani Salmanticensi.

VELAZQUEZ.

- 4 Monasteria mendicantium possunt uti priuilegio concessio Monasterio S. Stephani Salmanticensi in receptione Nouitorum.
- 5 Parentum neceſitas filium obl. gat ad non ingrediendum Religionem.
- 6 Debitor tenetur debit. soluere, ante ingressum Religionis.
- 7 Filius Religiosus exire potest pro alendo patre.
- 8 Parentes alimentare aebere, est obligatio jortissima.
- 9 Obl. gatio alendi parentes, est iuris naturalis.
- 10 Fer. etiam injitum ej. atere parentes.
- 11 Ciconia parentes sensi alunt, & fuent.
- 12 Parentes non alere, est res inhumana.
- 13 Dubitantes venerari Deos, & parentes alere, notantur in ani.
- 14 Diuinum præceptum est, Deum colere, & patrem, & matrem honorare.
- 15 Honoris nomine circa parentes, quid veniat.
- 16 Filiae, que uberioribus parentes carceratos lactarunt laudantur.
- 17 Senis egeni miserabilis status.
- 18 Habens unum panem tempore necessitatis, debet potius dare patri, quam filio.
- 19 Professio valet utet quis habeat patrem pauperem.
- 20 Professio facta ab excommunicato an valeat.
- 21 Obl. gatus ad magna debita, seu ratiocinia redenda, non debet Religionem ingredi.
- 22 Professio obligati a ratiocinia valet.
- 23 Religiosus propter patris, aut matris necessitatem exit, cum licentia Superioris.
- 24 Monachus non potest sine licentia ad aliam Religionem transire.
- 25 Provincialis dans Monacho licentiam existendi extra Monasterium sine habitu, peccat.
- 26 Religiosus factus Episcopus, aebet portare habitum sui Ordinis.
- 27 Lex quod non dicit, non debemus dicere.
- 28 Clemens VIII. Pontijex Maximus, quid concederit Franci. canis circa recipiendos Novitios.
- 29 Iuri pro se introducto, potest quis renuntiare.
- 30 Verbum concedo, quid importet.
- 31 Non quicquid permittitur, ubi citur necessitati ut fiat.
- 32 Constitutiones regulariter respiciunt futura.
- 33 Aburdasunt vitanda.
- 34 Monachus in casu extreme necessitatis parentis, an posset sine licentia Superioris exire.
- 35 Regularis sine licentia eleemosynam facit extremo egenti.
- 36 In tangentibus animam tation, via est eligenda.

ARGUMENTVM.

- ¶ De qualitatibus requisitis ad ingrediendum Religionem, & an semel professus valeat exire pro alendis parentibus egenis, & an professio vitietur, si tempore illius parentes indigebant subuentione filiorum.

CONSI-

CONSILIVM XII.

IN Casu, de quo consultatio fit, an quidam Religiosus, qui intravit Religionem S. Mariae Remediiorum, & ex informationibus secum adductis, cum his contentum alias Monasterium non fecerit, super qualitatibus ad professionem necessarijs eam solemniter emiserit, & per plures annos monasticè vixerit, & ad sacrum Presbyteratus ordinem ascenderit, fungaturque munere, & officio Prædicatoris dicti Ordinis, valeat dicere professionem nullam, maximè quia ingressus, professionis, & præsenti tempore, parentem habet infirmum valde, & maximè egenem, qui eius subsidio eget, quod in Religione existens, minimè potest impendere.

1. Et pro parte, t quod professio non valeat facere, videtur Sextum V. *in suo motu proprio, edito 6. Decembri anni 1587.* post plures qualitates ad ingrediendum Religionem requisitas in versiculo cæterum, disponere maiores sex decim annis, non aliter in aliquam Religionem ingredi posse, nec debere, nisi prius de eorum parentibus, patria, deque ante acta, vita & moribus diligenter inquiratur, & ex accurata informatione, & fidedigna relatione compertum, & exploratum sit eos, neque aliquorum criminum, qualia sunt homicidia, furta, latrocinia, vel alia similia, aut grauiora, reos, vel suspectos existere, vt propterea damnati sint, aut ne dānentur formident, neque ingenti ære alieno supra vires facultatuni grauatos, vel reddēdis ratiocinijs, ita obnoxios, vt ex huiusmodi causa lis, vel molestia eis iam illata, vel timendum sit ne inferatur; nam si securus sit actum, & de his in generali, aut Provinciali Capitulo fides indubitate non sit facta, & consensus Generalis, aut Provincialis non approbauerit inhabiles reddituntur, & ingressus, & professio nulla declarantur iuxta limitationem, quam circa huiusmodi consensum idem Sextus V. *in quodam alio motu proprio declaratorio, ed. to 12. Kalend. Novembris anni 1588. in vers. cum vero, & duobus seqq. declaravit.*

2. Similiter, t quia Gregorius XIV. *in alio proprio motu, edito idus Martij anno 1590.* videtur requirere plenariam informationem fieri ante professionem de qualitatibus prædictis, & per constitutiones cuiuscunque Religionis approbatas, requisitas, vt saltem Superiores cum Capitulo, aut tribus, aut quatuor Religiosis, ubi Capitulum non solet celebrari, viuis, & examinatis informationibus, & approbatis per eos, qui ad hoc deputati fuerunt ad Capitulu referant, & ab ipsis nouitiis ad professionem admittatur.

3. Rursus, t quia videtur ante professionem opus esse fieri informationem prædictam pro parte Conuentus, absq; qua approbata à Priore, & Præsidenti, & Superiori, & Magistris Nouitiorū, & Studentium, non possunt admitti ad professionem, immo si admittantur, erit irrita, & nullius valoris,

Tom. I.

vt tradit Emmanuel Rodriguez *in instructione;* quam fecit ad recipiendos Nouitios, vers. lo segundo, idque virtute cuiusdam priuilegij concessa à sanctissimo D. N. Clemens VIII. 10. Septembris anno 1597. & insuis Pontificatus sexto, cuius tenorem subiungit, ita te habentem pro Monasterio S. Stephani Salmanticensi.

De venerabilis fratris nostri Michaelis Episcopi Albanensis, Cardinalis Alexandrini, nuncupati Ordinis Prædicatorū, Protectoris consilio eidē Priori, & Conuentui, nunc & pro tempore existentibus, vt quo scunq; iuuenes etiā decimoseximum ætatis suæ annum excedentes ad habitum in eodem Conuentu admitti petentes recepto ab eius iuramento, quod criminosi rationibus, vt praefertur obligati, furto, latrocino, aut homicidio notati, aut alijs impedimentis in dicta Bulla Sixti V. contentis, detenti nō sint recipere, ac postea per aliquē eiusdē Conuentus Religiosum ad hoc deputatum ad investigationē ante acta illorum vitæ, & morum, & reliquorū præmissorū ablique strepitu iudicario, sed per scrutinium secretum procedi facere, qui ad hoc deputatus processus, & informationē capta dictis Priori, seu Præsidenti, ac Superiori, ac Magistro Nouitiorum, & Studentiū, à quibus approbari, & reprobari possit, referre fideliter debeat liberè, & licite possint, & valeant, authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgenus, cuius t priuilegij beneficio eode Emanuele teste possunt vti Ordines mendicantes, & alijs, quibus cōcellum est, vti priuilegij concessis, & concedendis mendicantibus, quemadmodū possunt Monasteria Sanctissimæ Trinitatis, sive Sancte Mariæ Remediiorū, iuxta tradita per Emanuel Rodriguez *in summa casuum conscientiae, tom. 2. cap. 4. in fin. & tom. 3. question. regular. q. 55.*

Rursus, t quia quando parentum necessitas s professionem præcesserit, obligat filium ad non intendendum Religionem ingressum, ad non profundendum, immo & profundum ad excendum, Hippol. de Marsil. *singul. 149. nu. 3. secus si subsequatur, vt ex D. Thoma 2. 2. q. 101. art. 4. tradit. Nauar. in manuali, cap. 14. nu. 14.* qui adducit rationem differentia, quod in priori casu præcesserit debitum, t & debitor ante, & post ingressum teneatur soluere debita præcedentia, *cap. comissum, de sponsalibus, Nauarr. comm. 1. de regularibus, factio super cap. cui portio 12. q. 1. num. 8. versic. quarti, ait, quod filius familias potest Religionē ingredi etiam inuitio parente, sub cuius est potestate, nisi parentes tanta egestate laboraret, quod probabititer non possent sustentari eo ingresso, secundum S. Thomā 2. 2. q. fin. art. 6. tunc enim mortaliter peccaret, text. in cap. 1. distinct. 30. D. Thomas 2. 2. q. 86. art. 3. Felin. in cap. in presenta, num. 39. de probationibus, Corduba de Lara in tractat. de alimentis, super l. si quis à liberis, §. item rescriptit, num. 12. Surdus eodem tract. tit. 1. q. 29. num. 12. & exire posset ad alendū patrem, t vt probatur ex l. qui cum uno, ff. de re milit. in fin. vbi emansionis crimine excusat, qui ob parentum affectionem aliquam diu sine Superioris li-*

centia castra deseruit, vbi Rayner. de Forliuio infert ad filium Religiosm, qui affectione parentum religionem deserit, Nellus in tract. bannorum, part. 1. tempor. 2. num. 48. in fin. Hippol. singular. 14. 9. nu. 3. Duen. regul. 68. limit. 10. Ascanius Clementius in tract. de patr. potestat. effectu 17. nu. 4. Surd. supr. tit. 8. num. 2. & 3. dicens, quod quemadmodum, qui alicuius est debitor, non a potest, vt debitum soluere prætermittat religioni ingredi, cap. generalis 54. distinct. & Roxas in epitome successionum, cap. 31. nu. n. 26. ita nec filius, vt deneget alimenta parenti prætitare, latè Petrus Surdus tract. de alimentis, tit. 8. priuile. 68. a num. 2. & seqq.

Est tamen obligatio alendi parentes fortissima, & Dei præcepto firmata, cap. 15. Matth. Lexit. 20. Exod. 21. cap. ceterum 10. distinct. 86 dicens: Ceterum Dei traditio est, ut prius pajes parentes, nam si iuxta diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur, quanto magis fames, quam morte grauior est. Couarr. in 4. decretal. part. 2. cap. 8. nu. 5. in princip. & §. 6. nu. 4. item l. i. in jn. C. de oper. liber. l. si quis à liberis, in princ. ff. de liber. agno. gloss. in cap. ius naturale 1. decy. me minitq; Cicero epistol. 11. ad Atticu. n. lib. 9. dum inquit: Et me tamen doleo non interesse huic bello, in quo tanta vis sceleris futura est, ut cum parentes non alere nefarium sit; [Æneus Silvius epistol. 44. his verbis: Pietatis est subuenire parentibus, qui hoc non facit, iam nec pius est, nec bonus, non homo, sed immanis bellua est. Quid enim immanius dici potest, quam illi opem denegare, à quo suscepis vitam? Et Paschal. de iuribus patriæ potestat. part. 2. cap. 3. num. 59.] & tamen ita ista obligatio est iuris naturalis, vt tradit Alphonsus à Castro de iusta hereticorum punitione, cap. ultim. lib. 2. & probat lex ultim. §. filii autem, C. de bonis, quæ liberis, ad quod docte Aristoteles lib. 1. œconom. cap. 3. dicens: Maximeque in homine id conspicitur, quod non essendi causa solum, verum etiam bene essendi mas. & femina ope mutua coniunguntur, filiosque procreant, non solum, vt id naturæ tributum ferant; verum etiam, vt commoda exinde suscipiant, valentes enim ipsi imbecilles suo labore tuerintur, & alunt; & mox imbecilles ob senium facti à valentibus eadem reportant; vnde & Xenophon. in œconom. ait: Mibi profecto videtur Deos ipsos multa quidem sapientissime, tum præsentim rugum hoc (de matrimonio intelligens) inservisse. Primum quidem ne animantium genera deficerent; deinde ut haberemus, à quibus nostra genera erit aleretur, Menoch. libr. 3. præsumpt. 29. num. 16. Ioan. Garcia de expensis, & meliorat. cap. 4. nu. 52. Castill. in leg. 10. Tauri, gloss. el padre, versic. 1. Feuardentius super Ruth, cap. 1. sectiuncula 7. versic. Hinc vero liquet, fol. mibi 79. & cap. 4. sectio. 15. versic. tertio facit, l. Imperator 50. ff. ad Senatus consult. Trebellianum, ibi: Sed paternæ reuerentiae congruum est, egenti forte patri, officio Iudicis ex accessionibus hereditariis emolumenatum præstari, l. 1. §. parens, & l. si quis à liberis, ff. de liber. agnose. cap. inter 22. q. 3. l. 1. & 2. C. de a- lend. liber,

Hanc obligationem, & debitum ei correspondēdi animum, natura tagax visceribus inseruit, atque inculpsit ferarum, cum easdem interesse se partu, & educatione conciliat; nam, & summi Phylosophi Aristot. lib. 9. de natura animalium cap. 13. & Plinius lib. 10. hist. naturalis cap. 23. & tamen Theologici Batilius lib. 5. Exameron referunt Ciconias parentes suos iam præserieta deplumes, & ad volatum ineptos in nido, ad id parato reponere, & circumstantes alis, pluminisq; fuisse in super cibum magna alacritate quererere, & suppeditare; & si aduerterint in alium locum volare velle leniter ex vtraque parte alis suis auxilium ferre; adeò nullo articulatae vocis ministerio nullo literarum vnu indigens rerum natura proprijs, ac tacitis vocibus charitatem parentum liberorum pectoribus infudit, Pierius Valerianus lib. 17. hieroglyfic. in princ. super verb. pietas, Solinus Polyhistor. cap. 53. ad finem, Budæus in prioribus annotationibus ad pandectas, in l. 1. ff. de iustitia, & iure, & graphicè Alciat. emblemata 30. docuit dicens.

Aero insignis pietate Ciconia nido
Inuenies pullos pignora grata fouet,
Taliaque expectat, sibi munera mutua reddi,
Auxilio hoc quoties mater egebit anus:
Nec pia pene njoboles fallit, sed fessa parentum
Corpora fert humeris, præstat, & ore cibos.

Pudendum igitur est homines hac in re inferiores, aut etiam deteriores animalibus esse: nam portentum, atque monstrum humana figura tecum is iure censetur, qui eos indigne tractat, per quos hanc alpicit lucem, parentibus enim nos primum natura conciliat tanquam surculos arbori, nam ab his post Deum accipimus corpus, vitam, educationem, patrimonium, libertatem, Ciuitatem, & Religionem, id testatur Cicero in oratione pro Roscio Amerino, dicens: Vis humanitatis multum valet, communio sanguinis, portentum, atque monstrum, certissimum est esse aliquem humana specie, & figura, qui tantum humanitate bestias vicerit, ut propter, quos hanc suauissimam lucem asperxit eos indignissime luce priuarit, cum etiam feras inter se partus, atque educatio, & natura ipsa conciliat. Idem, in oratione post redditum ad Senatum: Parentes charissimos habere debemus, quod ab his vita patrimonium, libertas, Ciuitas tradita est. Et de Aruspicum responsis: Parentibus nos primum natura conciliat, quos non alere nefarium est, Demosthenes in oratione prima, contra Aristogitonem: Evidem eum perfidum, & dys misum non modo hominibus esse existimo, qui parentes negligit, Ioann. Garcia de expens. & meliorat. cap. 3. num. 26. hoc enim parentum, & filiorum naturæ ratio, & coniunctio operatur, quæ tanta Platoni reputatur dialogo secundo de legibus esse, vt neget ullum nos Deorum numen habere præsentius, & rebus nostris magis propitium, si rite honorentur, & colantur, quam eos ipsos, à quibus initia vita, lucemque accepimus, vt docte comprobat Conanus lib. 2. commentar. iuris ciuilis, cap. 13. circa finem,

&

¶ præ alijs doctissimè Cassiod. lib. 2. variarum epistol. 14. Vbi est illa naturæ vis, quæ amplexu copula definitur ad posteros? Ferarum catulij equuntur parentes, a cespite suo virgulta non discrepat, propago vitis propria seruit origini, & discrepat homo à suo fuisse initio? Quid dicamus illa beneficia, quæ vel extraneam possunt obligare personam? Nutruntur à parvulis, ipsi laboratur, ipsi diuitiae conqueruntur; & cum sibi vnu quisque credat abundare, quod possidet, cum a patribus adhuc queritur, pro altera potius aetate peccatur. Proh dolor non merebimus eorum affectum, pro quibus subire non recusamus exitium? Maria ipsa a suis tempestatibus excitata: genitoris cura non refugit, ut peregrinis mercibus acquirat, quod propria joboli aerelinquit: aues ipsæ, quarum vita semper incisa est, naturam suam extranea jorde non maculant: Ciconia redeuntis anni iugiter nunciatrix, eyciens tristitiam hyemis, latitiam verni temporis introducens, magnum pietatis tradit exemplum, nam cum parentes eorum pennas senio coquente laxauerint, nec ad proprios cibos quaerendos idonei potuerint inueniri plumis suis genitorum membra frigida refouentes ejcis corpora lassa reficiunt, & donec in pristinum vigorem ales grandea uadent, pia vicisitudine iuvenes reddunt, quod à parentibus parvulis suscepunt; & ideo non immorit longa vita seruantur, qui pietatis officia non relinquunt; † & ita Aristotel. lib. 1. ethicorum, eos qui dubitant vtrum oporteat Deos venerari, & parentes obseruare sensu carere, & poena egere iudicat, nam parentes lenio confessos domi habere, magnum, prætiosumque thesaurum, ac summi Dei simulacrum existimat Plato dialogo 4. & 11. de legibus, hinc Dominus noster Matthæi cap. 15. Pharisæos, vt grauitimi sceleris reos daimnauit, quod liberis authores essent, parentibus victimæ necessaria subtrahendi, simulata in Deum pietate, optimè Sarmiento de redditibus Ecclesiæ, par. 3. cap. 4. nu. 7.

14. Primum † namque secundæ tabulæ præceptū est: Honora patrem, & matrem, vt sis longæus, & benè sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. Exod. 10. Leuit. 19. Deuteronom. 5. Menoch. d. præsumpt. 29. num. 15. lib. 3. D. Paulus ad Epes. cap. 6. & Thob. 4. vbi iubet filio suo: Honorem habebis matrituæ omnibus diebus eius, & Proverb. cap. 23. Syracides etiam Eccles. 7. cap. & 9. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuae non obliuiscaris, retribue illis, quomodo, & illi tibi, memento quoniam, nisi per illos natus non fuisses. Et postea: In opere, sermone, & patientia omni honorarent tuum, vt superueniant tibi benedictio à Deo, & Ecclesiast. cap. 3. aperte dicitur, eum qui matrem tuam honorat esse similem ei, qui sibi thesaurum recondit. [Et Mainard. decis. 14. num. 4. lib. 5. dixit, quod obedientia, quam parentibus liberi debent, est præcepti, sed ingressus in Monasterium saltim est consilij.] † In quibus præcepsis honoriandi voce, non solum intelligitur vulgaris, ac ciuilis honor, quo decedimus de via, caput aperimus, flectimus genua, modelte, & cum reverentia loquimur, sed beneficiorum etiam honor, cū parentes nostra ope egentes, vestimus domo,

mensa, lecto colligimus, infirmos omni auxilio iuuamus, afflictos pro viribus consolamur, salutem Deo commendamus; & quæcumque dici possunt pietatis exhibemus officia, Feuardentius super Ruth. cap. 2. sect. 18.

Vnde † Plinius lib. 7. cap. 36. & Solin. Polybiſt. 16 cap. 7. de homine, laudem, & gloriam cuiusdam filiæ celebrant, quæ matrem danuamat, vt in carceribus fame vitam finiret, illam exerto ubere lactis sui subsidio diu sustentauit, & aluit; altera eximia laude ornat Valerius Maximus lib. 5. cap. 4. quod patris simili affecti fortuna eodem modo vita, ac saluti consuluit, duosq; fratres Hispanos exaltat, qui pro parentum alimentis spiritum, & vitam erogarunt.

Præcipue † quia pater prædictus istius, de quo 17 conculcitur est senex maximè egens, quod in vita humana miserrium existimauit Diogenes, auctore Laertio lib. 6. Feuardentius d. cap. 4. sect. 15.

Et † quia in tantum procedit obligatio alendi 18 parentes, quod communiter Doctores resoluunt, quod si aliquis haberet vnum solum panem tempore oppressionis magnæ famis, haberetq; patrem, & filium utrosque ob necessitatem morientes, tenetur potius patri, quam filio succurrere, vt fame prius filius, quam pater pereat, Cyn. Alber. Salicet. & Angel. in l. 2. C. de patribus, qui filios distraherunt, Viuius ad communes opiniones eiusdem tituli, Io. de Amicis cons. 105. nu. 1. & seq. Oliuearius in commentarij ad titulum de gradibus cognationum, q. 58. nu. 36. facit glos. verbo fideles, in cap. 1. distinct. 30. quia filius habet suum esse a patre, non pater a filio, vnde videtur contra obligacionem ita in professione non valuisse.

Tamen his non obstantibus dicta professio valida est, & ad subueniendum parentibus, si à religione exire velit licentia papæ, vel Superioris indiget. Pro quo facit, † quod & si parens tanta paupertate labore, vt filius non posset Monasterium intrare, nec professionem facere absque pecato, si tamen ingrediatur, & professionem fecerit, valida est, quamvis profitendo peccet, & quamuis posset, & teneatur exire ad subueniendum eis si potest; & ita professio talis nequit declarari nulla, vt resoluit Nauar. cons. 3. de regularibus, nu. 1. † qui pro eo adducit, quod professio religionis etiam ab excommunicato facta valet, licet peccet profitendo, cap. cum illorum de sententia excommunicationis, idem Nauar. in cap. consideret, §. cautus, nu. 25. de pœnitentia, distinct. 5. qui alijs similibus confirmat Emanuel Rodriguez in summa tom. 2. cap. 8. num. 9. in fine; † & quia licet magna quantitatis debitor, & ad ratiocinia redenda obligatus religionem intrare non debeat, cap. 1. vbi glos. & Ant. de Butr. de obligatis ad ratiocinia, Innocen. in rubrica eiusdem tituli, l. Officiale, C. de Episcop. & cleric. cap. 1. distinct. 5. 1. & per Nauar. comment. 1. de regularibus, num. 8. ver. 3. & cons. 4. n. 7. de regularibus, Aragon. in 2. 2. q. 88. art. 12. ad primum, Rodriguez dictio tom. 2. cap. 3. n. 7. & 8. & cap. magnus, cap. præterea 54. distinct. l. 23. tit. 6. par. 1. cum adductis per Bernandum Diaz, & additionatorem eius in practica criminali cano-

canonica, cap. 20. per totum, & n. 5. & in dictis pro
22 prijs motibus, † & tamē si ingrediatur, & profitea-
tur Religionē, valet ingreitus, & professio, vt ex
notatis in rubrica, & d. cap. unico de obligat. ad ra-
tio[n]ia, tradit Nauar. d. conf. 3. qui subiungit ra-
tionem, quare peccat profitendo, quia scilicet
erat debitor subventionis paternae, & ita licet
possit ad huiusmodi debito satisfaciendum exire
luste, vt tali necessitat[i] subueniat, illa cessāte de-
bet ad Monasterium reuerti iuxta communem
opinionem.

23 Et ita † licet Religiosus ob necessitatem patris,
vel matris licite posset exire a Monasterio, [vt
ex Rayner. in l. qui cum uno, § fin. ff. de re milit. di-
cente, quod frater seu Religiosus, potest à Reli-
gione exire, pro alendo fili, aut affine, tradit Pla-
za in epitome delictor. lib. 1. cap. 36. num. 6. posse
exire pro alendo patre, & Paschal. de virib. patr.
potest. par. 2. cap. 3. num. 62.] id tamen intelligi-
tur, quod faciat non sua propria authoritate, sed
licentia Papæ, Generalis, aut Prouincialis sui, vt
post Sanctum Thomam 2. 2. q. 101. art. 4. tradit
Nauar. in manuali, cap. 14. num. 14. & com-
mentar. 3. de regularibus, num. 48. pro declaracione,
cap. nullam 18. q. 2. idem, conf. 71. num. 2. & conf.
72. num. 1. de regularibus, & conf. 4. num. 2. de fla-
tu Monachorum, nam alias inquietari potest à fra-
tribus sui ordinis, & erit in malo statu, & sic ma-
nendo, & celebrando irregularitatem incurreret,
vt optimè resoluit Nauar. conf. 22. de regularibus,
num. 2. & 3.

24 Pro quo facit, † quod Monachus, qui illicen-
tiatus recelsit etiam animo transeundi ad aliam
Religionem male facit, iuxta glos. in cap. manda-
mus, verbo lapsus 19. q. 3. & verbo Monachus, &
glos. in cap. cum singula, §. prohibemus, verbo cano-
nicæ de præbendis in sexto, & in cap. intellectimus de
estate, & qualitate, Abb. num. 10. Cardinal. q. 2. in
cap. licet de regulariibus, vbi Doctores alii, id est Abb.
conf. 95. in presenti consultatione, num. 2. par. 1. 1. 9.
vbi Greg. Lopez glos. 5. tit. 7. par. 1. Nauar. conf.
52. num. 2. de regularibus.

Nec ea de causa habitum dimittere valet, imò
25 † Prouincialis peccat concedendo facultatem
Monacho manendi extra Monasterium absque
habitu regulari, cum id solus Papa efficeret posse
d. cap. nullam, vbi Nauar. num. 49. cap. 2. ne clerici,
vel Monachi, lib. 6. cap. sanctorialis 23. distinet.
cap. clerici de vita, & honestate clericorum, quate-
nus † habet Religiolum etiam sanctum Episco-
pum debere lui Ordinis habitum portare, Nauar.
d. conf. 72. num. 2. & 4. & conf. 73. num. 1. de regu-
laribus.

Nec obstant adducta in contrarium, nam licet
requiratur probari qualitates requisitas, & im-
pedimenta de quibus in proprijs motibus Sixti
V. & Gregorij XIV. non ligare, aut comprehendere
ingressum Religionem profitentem, non tan-
tem obligant in nulla sui parte, quod informa-
tiones fiant per Commissarium Religiolum, &
pro parte Monasterij, nec quod ab ingresso iura-
mentum exigatur iuxta formam priuilegij supra
adducti concessi Monasterio S. Stephani Salman-

ticensis, † nec excluduntur informationes iudi-
ciales, quæ adduci solent ab ipsiis ingredientibus,
& ita nos requirere non debemus, aut exclude-
re, quia quod lex, aut constitutio non dicit, nec
nos debemus dicere, l. si stratum, §. non dicit Pra-
tor, ff. de acquir. hered. nam si hoc voluissent, uti-
que sciuisserent exprimere, l. unita, & finantem ad
deficientis, C. de caduc. tollend. Crauct. conf. 6. num.
47. Roland. à Valle conf. 29. vijo testamento, num.
22. lib. 4.

Facit in simili, † quod licet sanctissimus D.N. 23
Clemens Papa VIII. concederet Franciscanis Re-
ligiosis in Prouincij Hispaniarum, quod Patres
Generales, aut generales Commisarij, & Pro-
uinciales Minitri possint admittere Nouitios,
quandounque eis libuerit, de concau[m] quatuor
Diffinitorum, aut Religiolorum antiquiorum
Monasterij, in quo admittuntur, cum facultate
quod possint, & debeant vocare testes ad eorum
examen, iuramentum recipere coram Notario,
iuxta tenorem interrogacionum ad hoc necessa-
riarum, vt tradidit Manuel Rodriguez in sum-
ma tom. 2. cap. 4. num. 2. dicens, quod cum huius-
modi concessio, & priuilegium non auferat Præ-
latis facultatem admitti Nouitios, vt antea ad-
mittebantur ex informationibus factis coram
Notario, quas secum adducere solent, qui Reli-
gionem ingredi volunt possint admitti, & patres
quibus est commisum examen dictarum interro-
gationum possunt videre dictas informationes,
vel de suo factas mandato, & eis inuentis legiti-
mis, & qualificatis, quemadmodum essent ab eis
factæ, possunt recipere Nouitios, cuius rationem
adducit, quia regulariter iuuenes petentes Reli-
gionis habitum iunt forentes, & à l'iginquis parti-
bus à sua origine, & habitatione, vbi telles non
habent, cum quibus probare possint coram dī-
ctis Patribus suam sufficientiam, & capacitatem,
& quia si non essent validæ probationes, quas se-
cum adducunt ingressi, aut si essent examinadæ
per duos, aut tres Prælatos congregatos opus es-
set per plures menses spectare vique ad Congre-
gationem, refrigeraret eorum spiritus, & propo-
litum impediretur, & ita potuerūt admitti absq;
aliquo scrupulo informationes adductæ à dicto
Religiolo, de quo fit consultatio, & cum eis pro-
fessionem emittere.

Facit etiam nam licet Monasterium, in quo
fuit prefessus facultatem haberet faciendi infor-
mationes prædictas, aut deputandi aliquem, qui
faceret eas, cum hoc eslet Monasterij fauore indu-
ctum posset ei renuntiare admittendo informa-
tiones, quas adduxit Religiulus predictus, † quia 29
iuri pro se introducto, quilibet renuntiare potest,
l. si quis in contribendo, C. de paetis, cap. gratum de
offic. deleg. glos. vltima in cap. cum venissent 25. de
testibus, cap. ad Apostolicam de regularibus, Nauar.
cor. 62. an Franciscanus, num. 1. eodem titulo, Ab-
bas in cap. fin. num. 6. de ferijs, & in cap. tuis que-
stionibus 29. num. 2. de testibus, Ant. de Butr. in cap.
2. num. vlt. de dol. & contum. & in cap. cum tempo-
re, num. 12. de arbitris.

Quod etiam obtinet attenta concessione facta
d. Mo-

d. Monasterio S. Stephani Salmanticensi, cum ve-
rè priuilegium faciendi tribuens in eo contenta
potestate, facultatem cōtineat, vt indicant ver-
ba *concedimus, & indulgemus*, ad finem posita, nā
30 t̄ verbum *cōcedo*, idem est, quod permitto, indul-
geo, l. i. ibi: *Neque Societas, neque Collegium, neque*
huiusmodi corpus passim omnibus habere cōcedetur,
ff. quod cuiuscunq; uniuersit. nomin. l. 2. in princ.
ibi: Præterquam quod lege Senatus consulto edicto,
decreto vñ Principum tibi concessum est. ff. ne quid in
loco publ. fiat. l. fin. ff. de loco publ. fruend. l. miles 1. ff.
de casir. pecul. l. semper, §. sed, & si, ff. de iure immun.
Rebuff. in l. Præcep. 21. ver. cōcedo, ff. de verb. sign.
Prateius de verbis iuris, verbo concedere, Cicero ad
Lentulum lib. 1. Collegi ipse me, & cum ipsa quasi
Republica sum colloquutus, vt mibi tam multa pro
se perpeſſo, atque perfuncto concederet, vt officium
meum, memoremque in benemeritos animum, fidem-
que fratris mei p̄f̄starem, & verbo indulgeo, Plinius
epistola 13. libr. 2. Evidēm iuuensis statim inue-
nī quantum potui per etatem audiſsimē contuli, &
nuper ab optimo Principe trium liberorum ius im-
p̄traui, quod quanquam parē, & cum delectu da-
ret mibi tamen tanquam eligeret indulſit, Aldobrā-
dinus in §. sed, & quod Principi, num. 30. in ſit. de
iure naturali.

31 Vnde non ex eo, t̄ quod permittatur eis dicta
forma informationes facere ad eam feruandam
præcise obligantur de iuris necessitate, argumen-
to l. non quicquid 40 ff. de iudicij, l. 1. C. quomodo,
& quando Iudex, cap. noſſe, vbi glos. 76. distin. cap.
1. in fin. de pœnitētia, distin. 6. Ant. de Butr. in cap.
cum in Diœcesi, nu. 2. in fin. de uſuris, Iaf. in §. præ-
terea, num. 9. cū alys, in ſit. de action. Gregor. Lo-
pez in l. 4. tit. 22. part. 3. glos. 3. & in l. 2. tit. 9. part.
5. glos. 1. Nauar. in tract. de ditis, & promiſſis, §.
nono noto, num. 17. tom. 2. operum eius, ideo etiam
ipſum Monasterium S. Stephani non adstringitur
ad feruandam formam dicti priuilegij, imo ea
pretermissa posset Noquitios ad profesiōnem ad-
mittere ex informationibus alias legitimis, quas
secum adducerent, quibus constaret de eorum
qualificatione, & non eſſe de prohibitis, & exclu-
ſis à Religione per dictas Summorū Pontificū
constitutiones.

Maximè quia dictus Religiosus multis ante
annis profesiōnem emiſſerat ſolemnem priuile-
giū ſuam priuilegium confeſſum fore dicto Mo-
nasterio S. Stephani, vnde noſter caſus extra omnis
32 dubij aleam eſt, t̄ nam licet de necelitate eſſet
faciendum, quod in eo dicitur, id ſolum proce-
deret quo ad futuras profesiōnes, non tamen
quo ad præteritas, cap. ultimo, vbi Abb. & Felin.
ac constitutionibus, cap. 1. eodem titulo, l. pen. in fine,
C. de Decurion. lib. 10. l. iubemus, vbi Bald. num. 8.
C. de teſtament. Bart. in l. omnes populi, num. 47. ff.
de iuſtitia, & iure, Alex. conf. 190. n. 9. vol. 2. Ro-
land. a Valle conf. 52. requiſitus, num. 32. lib. 2.
Marc. Ant. Eugen. conf. 9. num. 45. lib. 1. etiam in
casib; de raro contingentibus, qui tamen poſ-
ſunt cōtingere, l. antiqui, ff. ſi cert. pet. clement. quia
contingit de Religio domib; Roland. vbi proxime,
num. 32.

Nam t̄ fecus dicendo absurdum maximum 33
ſequeretur, quod onanes profesiōnes factæ ante
dictum priuilegium non ſequata forma permis-
ſuā eius eſſent nullæ, quod dicendum non eſt,
nam, & absurdavitanda eſſe iura refoluunt, l. nam
ab iurdū, ff. de bonis libert. Roland. a Valle conf. 61,
reiecta, num. 20. lib. 3. cap. clerici de officio Vicary,
Dec. conf. 19. n. 3. ver. ſuadetur, Cæphal. conf. 210,
num. 12. tom. 2.

Et ita dicta profesiō valida eſt, & opus eſt li-
centia Superioris ad hoc, vt iſte Religiosus exire
poſſit à Monasterio ad ſuccurrendum parenti-
bus, t̄ nam, & ſi receptum ſit, quod filius non fo-
lum poſteſt, ſed tenetur exire à Monasterio cum
licentia, vel ſine illa, quando neceſſitas parentis
eſt, adeo extrema, quod etiam extraneo aequali-
ter p̄aſſo teneretur ſuccurere, non obtenta li-
centia, cap. paſſe 86. distin. l. necare, ff. de liberis ag-
noscendis. [Et tractans de hoc Petrus Aerodius,
Libro unico de patrio iure pag. mibi 1645. in im-
preſſione Mediolanensi. inquit: At qui tantum abeft,
vt liberi iure vlo poſſint relinquare parentes,
quo adhærent Monasterio: vt qui impensiſſus
ſcripſere de laude vitæ tolitariae (qualiter profe-
ſto Monachi) fateantur hanc poſſe à liberis di-
mitti, ac renuntiari voto, quo parentibus inſer-
uiāt. Hoc etenim votum altero omni maius, an-
tiquiusque eſſe patet ex Gregorio illo Nazian-
cenio, qui reuocatus à patre, quod litibus non ſuf-
ſiceret, qua; ei mortuo Cefario altero filio obue-
nerant, ex administratione publicorum, deſeruit
Monasticam vitam, & ad parentes continuo co-
uocauit, ad Gregorium, & ad Nonā, amissa Gor-
gonia; patet ex illo Helliodoro, qui, & eremum,
& Hieronymum reliquit, vt ſubueniret non pa-
tri, ſed (quod minus eſt) ſorori, nepotique, & con-
cernunt, qua; tradit valate. Consult. 60.] Et glos.
in cap. non dicatis verbo poſſidere 12. q. 1. t̄ qua; re-
net regularem teneri facere eleemosynam extre-
ma egēti, etiam sine licentia Prælati, quod com-
probat S. Thomas 2. 2. q. 31. art. 8. ad primū, &
4. ſentent. distin. 15. l. 11. vbi Greg. Lopez glos. 2.
& 3. tit. 25. par. 1. resolut Nauar. commentario 3.
de regularibus, num. 48.

Tamen t̄ quia in dubijs, qua; animam tāgunt,
tutior, & certior eſt via tenenda, cap. ſicut 14. di-
ſtin. cap. 2. §. item de pœnitent. distin. 7. cap. iuue-
nes de ſponsalibus, glos. verbo estimare ad finem, in
cap. unico de ſcrutinio in ordine factōdo, Abb. in cap.
1. n. 35. de iudicij, Couar. in cap. alma mater, 1. par.
reličio, §. 2. num. 4. de ſent. excommunicat. lib. 6.
[Melius erit vt hoc fiat cum cauſa cognitione
a ſuperoare interpoſita, ne eueniāt quod inquit
Diu. Hieron. in epiftola ad Fabiolam, tractans de
iſta diſceſſione. Quanti Monachorum, dum patris,
matrisque miſerentur, ſuas animas perdiſerūt. Qui-
bus verbiſ, & ſi noni improbet diſceſſum, ſi vere
fieret ob paternum oblequium, tamen ait plures
Monachos, dum pratexunt tales excuſationes
vitam, & animā perdere.] Et ita tutius iudico,
vt licentiam petat à Superiori, cū hæc cauſa ſit tā
iusta, quod non ſit veriſimile ei denegatur eam,
tino de facili conceſſum, vel ea iniuſtē denega-
ta

ta alicuius Ecclesiastici Iudicis authoritate, qui competens sit, succurrendi necesse parentum causa facultatem obtineat à Monasterio exentiendi interim, quod ea durat, ut postea reddire possit ad seruendum Deo in sua vocatione reddendo vota illi promissa, ut condignam mercedem glorię consequatur, quam Altissimus nobis omnibus dignet tribuere, quae iuri censemus consona. Conchæ ultimo Decembris 1601.

SUMMARIUM.

- 1 *Dos prima vxoris prefertur in solutione, nisi quo ad bona secunda vxoris, quae in specie sint, & reperiantur esse soluto matrimonio.*
- 2 *Hypotheca contrahitur a tempore receptionis dotis.*
- 3 *Romuli lege, erat societas inter virum, & uxorem.*
- 4 *Vxor est marito socia diuina, & humana domus.*
- 5 *Lucra quaesita matrimonio constante, diuidenda inter virum, & uxorem.*
- 6 *Vxor habet dominium bonorum lucratorum quo ad medietatem.*
- 7 *Eo ipso, quod lucra acquiruntur, transit dominium, & possessio pro medietate in uxorem.*
- 8 *Mulier pro sua parte lucrorum habet etiam hypothecam.*
- 9 *Mulier decedens, transmittit lucra ad heredes suos.*
- 10 *Societas viri, & uxoris, quando continuetur aliquo eorum mortuo.*
- 11 *Nuptiae tertiae, & ulteriores, veniunt appellatio ne secundarum nuptiarum.*
- 12 *Nuptiae secunda sunt permisæ.*
- 13 *Nubere etiam octauo permittitur.*
- 14 *Vir quidam viginti duas sepelivit uxores.*
- 15 *Poenæ secundo nubentium ad fauorem filiorum inducta non sunt sublate.*
- 16 *Poenæ secundarum nuptiarum sunt communes viro, & uxori.*
- 17 *Maritus per transitum ad secunda vota, quae lucra primi matrimonij perdat.*
- 18 *Pater transiens ad secunda vota, reseruat filiis illius matrimonij proprietatem sibi obuentam ex alicuius filii successione.*
- 19 *Lucrum quo quis priuat, applicatur illi, cuius contemplatione auferitur.*
- 20 *Aequitati, & rationi conuenit, ut bona quaesita per primum virum non habeat victimicus, nec eius filii.*
- 21 *Bona peruenta ex uno stipite, debent illi referuari.*
- 22 *Bona secundo nubentis, pro quibus sint, & a quo tempore obligata filiis primi matrimonij.*
- 23 *Lucrum inter socios assumit naturam capitalis.*
- 24 *Pater alienans bona omnia, censetur filiis primi matrimonij lucra reseruare.*

ARGUMENTUM.

- ¶ De prelatione dotis primæ, & lucrorū constante matrimonio communicatione, & poenis secundo nubentis ad fauorem filiorum suscindendis.

CONSILIVUM XIII.



Etrus Ledesma vicinus villa de la Parrilla, vxorem primo duxit, & ex ea duos liberos suscepit; qua defuncta secundam duxit, & ex ea tres habuit liberos: qua similiter mortua, tertio duxit vxorem quandam viduam, quae ex priori matrimonio quosdam habebat filios, quos tamen non habuit ex isto ultimo matrimonio, & ita die clausit extremum, & quia dictus Petrus primi matrimonij filiis rationem reciderat cum reliquo solutione eius, quod mater eorum in dotem artulerat, & lucrorum sibi pertinentium, & in divisione bonorum, lis vertitur inter filios dicti secundi matrimonij, & filios dictæ viduæ; & quia priorum, quo ad dotem, & lucra est iusta prætensio, ut constet, sequentia sunt animaduertenda.

Primo, † quod dos, quam dictus Petrus de Ledesma recepit cum sua secunda uxore est priuilegiata, & debet primo solui de eius bonis filiis eius matrimonij, quam sequens dos, nisi in bonis, quæ in suam specie inveniuntur, autb. vt ex actione dotis instanti, l. 1. coll. 7. autb. si quid ex rebus, C. qui potiores in pignore habentur, l. 33. tit. 13. par. 5. ubi Gregor. Lopez glos. 5. & seqq. assiduis, vers. exceptis, C. qui potior in pign. habet. Io. Garcia de expens. & meliorst. cap. 13. num. 13. ver. unde.

Cuius estratio, † nam bona dicti Petri de Ledesma erant prius hypothecata pro dote uxoris secunda, quam pro dote tertiae, d. l. assiduis, text. in h. fuerat, insit. de actionibus, l. 23. tit. 13. par. 5. Conanus lib. 4. commentar. iuris, cap. 26. usq. sic more, lo. Cæphal. cons. 98. num. 19. tom. 1. Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 26. num. 5. Matienzo n. 1. 7. tit. 26. lib. 5. Recopil. glos. 4. n. 4. & 5. Gomez de Leon alleg. 94. num. 1.

Et cum ex eo matrimonio, & tempore, quo eo soluto, bona in diuisum, & in communis steterunt lucra processerint aliqua, ad eorum recuperationem aduersus dictum Petrum de Ledesma, & eius bona est iusta prætensio dictorum filiorum, constat equidem, † lege Romuli antiqua inter virum, & uxorem societatem, & bonorum diuisiōnem fuisse inducitam, vt tradidit Dionysius Halicarnaseus lib. 2. antiquitatum Romanarum, Gattro in l. 2. ff. de origin. uris, Plutarchus in praceptis co-nubialibus, hanc societatem laudat dicens: *Mulier nupta inquit Romulea lex viro coniuncta pecuniarum omnium, omniumque sacrorum sociæ est.* Ioan. Garcia in tract. de coniugali ac quæ? u. num. 13. & 14. † vnde uxorem esse sociam diuina, & humana domus, tradidit l. aduersus, C. de criminis expilata hereditatis, Morotius responso 41. num. 8. Ioan. Bodinus lib. 1. de Republica, cap. 3. Prateius lib. 3. veteris iuri prudētia, Greg. Lopez in l. 5. tit. 2. par. 3. glos. 1. Forcatulus in cupidine iuri spesit. cap. 18. l. 1. ff. ad Senatus c. Syllanian. l. 1. ff. de rita nuptial. l. 1. ff. re-

frerum amotar. inquit enim Aristoteles lib. 1. potiusorum, cap. 1. Marem, & foemina, quorum alter alterius indiget societate copulari necesse est procreandi causa, idque non consilio, sed natura, quemadmodum in ceteris animantibus, quibus natura insitum est appetitus; alterum sui simile relinquendi; societas igitur naturalis in consuetudinem quotidiam constituta domus est. D. Augustin. in lib. de bono coniugali: Quoniam unusquisque homo humani generis pars est, & sociale quidam est humana natura, magnamque habet, & naturale bonum, vim quoque amicitiae: ob hoc ex uno Deus voluit omnes homines condere, ut in noua societate, non sola similitudine generis, sed etiam cognationis vinculo tenerentur. Prima itaque natura lis humanae societatis copula vir, & vxor est, inde Hierocles, in libro nuptiarum, dixit: Prima, & praecipua societas est, qua per nuptias inita, Modeltinus, lib. 2. regularum: Nuptiae sunt coniunctio maris, & foemina, & consortium omnis vitae, aconi, & humani iuris communicatio. Quae societas inter virum, & vxorem insinuat 5 in cap. cum societas 27. q. 2. t & in nostra Hispania est inducta, cuius virtute omnia lucrata constante matrimonio, obteruato iure, & regulis, societatis inter virum, & vxoren diauiduntur, l. 14. Tauri, l. 1. tit. de las garantias, lib. 3. fori, l. 1. cū seqq. tit. 9. lib. 5. Recopilat. cap. sign. fiscavit, vbi Doctores de donationibus inter virum, & vxorem, l. 1. & 4. tit. 4. lib. 5. Ordinamenti, Palacios Rubios in repetit. rubrica de donation. inter, §. 62. num. 1. & §. 65. num. 63. Burgos de Paz q. 6. ciuili, num. 1. & q. 8. num. 9. lo. Garcia de coniugali ac quæstu, num. 11. & 12. lo. Guttier. de iuramento confirmatorio, par. 1. cap. 1. num. 55. & 56. idem l. b. 2. practicarū q. 118. num. 7. & seqq. Pinell. in l. ultima, num. 2. C. de bon. matern. Couar. in 4. par. 2. §. 1. num. 5. & cap. 3. num. 7. lo. Garcia de expens. & meliorat. cap. 13. num. 11. & 12. Molina tom. 2. de iust. disputat. 437. vers. in cassella, Matienzo in l. 2. t. t. 9. lib. 5. Recopilat. glos. 3. num. 10. & in l. 3. glos. 1. num. 1. Segura in l. 1. §. si vir uxor, num. 20. ff. de acquirent. possessione.

In tātum, t vt vxor sit domina medietatis bonorum constante matrimonio, quæsitorum, vt ex singulari intellectu, l. 47. tit. 28. par. 3. qui videtur text. expressus, quem ad hoc ponderat Ant. Gomez in l. 50. Tauri, num. 69. lo. Garcia d. cap. 13. n. 12. & seq. Matienzo in l. 2. proxime allegata, glos. 4. nu. 1. Velazquez in l. 14. Tauri, glos. 1. n. 1. Palacios Rubios in l. 16. Tauri, num. 9. lo. Gutier. d. q. 118. num. 4.

Cuius estratio, t quod statim cum bona acquirentur matrimonio constante transfertur dominium, & possidit in vxorem pro meditate sua, vt in terminis similis staruti, aut cōlectudinis, resoluunt Guillelm. Benedictus in cap. Raynuntius verbo, & vxorem, num. 788. Casan. in consuetudines Burgundie, rubr. 4. §. 2. in verbis es partes, num. 6. ad finem, Couar. l. b. 3. var. arum, cap. 19. num. 2. Palacios Rubios in d. repetit. rubrica, §. 66. num. 8. ver. præsertim. Ant. Gomez in l. 51. Tauri, n. 76. & in l. 77. num. 2. Gregor. Lopez in l. 55. t. t. 5. par. 5. glos. 2. q. 4. Baeza de non melioran. ratione dotis fi-

liabus, cap. 11. nu. 106. & 120. lo. Garcia Iunior. d. tract. ac coniungali ac quæstu, num. 3. & 64. 72. & num. 186. 188. Burgos de Paz d. q. 9. nu. 16. & 25. lo. Gutier. vbi proxime, num. 13. & 14. Angulo in l. 3. de meliorat. glos. 4. num. 15.

Vnde t mulier in parte sua lucrorum hypothecam habet, & si sit domina sicut haberet in re mariti pro dote sua, vt resolutio lo. Garcia d. cap. 13. n. 21. & 22. ratione reuocabilitatis dominij, ex l. in bello, §. si quis seruum, ff. de captiuo. & post limin. reuerj. iuncta l. Senatus, §. fin. ff. de legat. 1. & decedens t ad suos hæredes transmittit, ex quo, & tale lucrum prouenit ministerio legum regiarum, vt argumento l. infantis, C. de honor. posse, si, l. 3. ff. de interdictis, & relegatis, l. si arrogator, vbi Bald. opposition. 5. ff. de adoptionibus, resoluunt Casan. in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 19. in verbis sayre la renunciacion, num. 7. & seqq. Guillelm. Benedictus dicto verbo, & uxorem, num. 785. ad finem, Ant. Gomez in l. 51. Tauri, num. 79. in princ. loan. Lupi in d. repetit. rubrica, §. 62. num. 31. ver. sic. amplia quarto, & in l. 14. Tauri, n. 17. vbi Caltiello in glos. puden de pedir, Burgos de Paz dicta quæst. n. 187. Molina de iustit. d. tom. 2. a. sp. putat. 43. ver. secundum est, Mathienzo in l. 5. tit. Recopilot. g. of. 9. num. 2.

Quæ procedunt etiam respectu bonorum, quæ post mortem cunctæ secundæ uxoris Petrus de Leon delina lucratus fuit bonus adiutor in comuni existentibus; t nam societas omnium bonorum, quæ inter coniuges introducitur legum ministerio præsumuntur durare, & continuari etiam eo mortuo inter superstitem, & filios communiques utriusque, dum inter eos non sit diuisio, & separatio bonorum, nam societas ex patientia, & perseverantia utriusque partis in communione præsumuntur, argum. text. in l. item queritur, §. quis in pleto, ff. locati, l. in rebus, §. fin. ff. ac præcaro, in l. legem, C. locati, & proprijs in terminis resoluit Palacios Rubios in d. repetit. rubrica, §. 62. n. 25. docte confirmans, quem sequitur Gomez de Leon in centuria allegationum, allegat. 5. num. 10. quibus fuit Molina d. tom. 2. de regit. d. sp. putat. 414. verso vt in calce.

Neque obstabit dicere ex filiis dictæ secundæ co. iugis unum fuisse mortuum, & ita dictu Petrum de Ledesma posse ei succedere in parte dominis, & lucrorum ad ipsum spectante, iuxta l. 6. Tauri cu n similibus, nam hoc cessat animaduerso, quod dictus Petrus de Ledesma adulteriores, & ita tertias conuolauit nuptias, t quæ etiam secundæ possunt nuncupari, quia nuptiae omnes appellantur secunde præter primas, glos. in rub. C. de secund. nupt. vbi Cyn. & Bart. argum. l. 1. ff. de vulgar. & pupill. sub. it. Alex. conj. 6. attentis verbis, num. 5. vol. 7. Dec. in d. rubrica, num. 2. glos. verbo secundo thoro, in l. si quis prioris, §. talen, C. de secund. nupt. Roland. à Valle conj. 72. statuto Ciuitatis, num. 31. lib. 1.

Nam t licet nuptiae secundæ non improbetur, vt in cap. 1. & secund. nupt. Bald. in l. 1. n. 18. C. eodem tit. l. 3. tit. 12. par. 4. lib. 2. ibidem, vbi Gregor.

Lopez, Paul. de Castr. conf. 154. incip. pro ista domina, n. 2. vol. 2. Couarr. in 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 9. num. 4. ex authoritate D. Pauli ad Roman. cap. 7. & 1. Corinth. eodem cap. Palacios Rubios in cap. pervesstras, notab. 3. §. 15. per totū, de donat. inter. Nauar. tom. 3. in manuali, cap. 22. num. 83. Sarmiento lib. 1. selectarum, cap. 4. in princ. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. casu 417. num. 4. re'ferens, 13. † octauo etiam nubere permisum esse, cap. apel- 14. riant 31. q. 1. † cum inuentus sit vir, qui viginti uxores, quas duxerat, sepeliuerit, vt ex D. Hieronymo lib. 3. epistolari, tract. 7. epistol. 26. trad. dit Boer. decif. 186. num. 4. Menoch. ubi proxime, num. 5.

15 Tamen † poenæ secundo nubentis in fauorem filiorum inducetæ non sunt sublatæ, vt ad interpretationem legis feminæ, C. de secund. nupt. tradidit Abb. in repetit. cap. Ecclesiæ S. Mariae, num. 2. vers. quædārū sunt poenæ de constitutionibus, Alex. conf. 3. incip. circa præmissam, num. 12. vol. 7. & ex l. 15. Tauri, Couarr. in 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 9. num. 7. Roland. à Valle conf. 95. incip. ab hoc seculo, nu. 14. vol. 1. lo. Gutier. lib. 2. practic. question. q. 95. num. 5. Matienzo in l. 3. tit. 1. lib. 5. nouæ Recopilat. glo. 2. num. 1. Matth. de Afflict. decif. Neapolit. 75. num. 5. Ant. Gabr. conclus. 5. & 6. de secund. nupt. Cellus conf. 38. num. 7. Hieronym.

16 Grattus respons. 85. num. 11. lib. 1. † Et hoc etiam obtinet aduersus dictum Petrum de Ledesma, nam poenæ secundarum nuptiarum sunt communæ viris, & vxoribus, exceptis his, quæ mulieribus imponuntur ob festinationem nuptiarum intra annum luctus, l. hac edictali, l. in quibus, l. quoniam, authent. neque virum, C. de secund. nuptijs, Chelianus inter communes Doctoriū opiniones eod. tit. num. 49. Vezinus ibidem n. 27. Dec. conf. 230. incip. proponitur in princ. Sarmiento lib. 1. selectarum interpretationum, cap. 4. num. ultimo in fine, l. 15. Tauri, ubi Velazquez, n. 1. Ant. Gomez, n. 4. & Tellus Fernandez ibi, R. pa in l. feminæ, n. 1. C. de secund. nupt. Grattus d. respons. 35. nu. 12. [Pascal. de virib. patr. potest. part. 3. cap. 10. nu. 51.] l. 4. tit. 1. lib. 5. Recopilat. ubi Matienzo glo. 3. quæ lege disponitur, quod quibus casibus mulier secundo nubens obligata est reseruare filijs prioris mariti proprietatem eorum, quæ habuerat ab eodem matrimonio i. s. idem hoc debet facere idem maritus secundo nubens.

17 Et † ita dictus Petrus de Ledesma per transitum ad sequens matrimonium, amisit proprietatem omnia lucrorum primi matrimonij, vt resoluit Nicolaus Boer. decif. 185. num. 7. Anton. Gomez in l. 14. & 15. Tauri, num. 1. Ripa in d. l. feminæ, num. 45. & 59. q. 220. & num. 63. q. 23. C. de secund. nupt. Io. Nicolaus Arelat. in l. generaliter, num. 49. Bertrand. in l. bac edictali, num. 41. eod. tit. Couarr. de sponsalibus, par. 2. cap. 3. §. vlt. num. 7. Pinell. in l. ultima, num. 2. C. de bon. matern. Matienzo in l. 6. tit. 9. hb. 5. Recopilat. glo. 2. num. 3. Bursat. conf. 12. num. 6. lib. Chelianus, & Bellacomba inter communes Doctorum opinio- nes, d. tit. C. de secund. nupt. num. 1. & 13. ubi Vezinus num. 18.

Et per cōsequens ea, quæ fuit consequitus per mortem dicti sui filii, † nam maritus secundo nubens succedens vni ex iiberis priui matrimonij tenetur successionē superstitibus liberis referuare, vt tradidit Io. Nicolaus in d. l. generaliter, nu. 8. Vezinus ubi proxime, n. 19. Villalo. cod. tit. n. 32. auth. in donat. auth. ex testamento, l. hac edictali, §. bis illud, l. fœmina, §. illud, C. de secund. nupt. Matienzo in l. 3. tit. 1. lib. 5. Recopilat. glo. 2. num. 42. item in l. 4. ibidem glo. 2. quæ eft. l. 15. Tauri, ubi apertissimè hoc disponitur, nam huiusmodi dispositio in fauorem filiorum prioris matrimonij emanauit, † & ideo merito eis debet applicari, quod superstiti in poenâ aufertur: nam lucrum quo quis priuatur contemplatione alterius applicatur illici, cuius contemplatione priuatio fit, l. si legatus, C. de legatis, l. cū emancipati, §. si duo, ff. de collatione bonorum, l. post legatum, §. amittere, ff. de bis quibus, ut indignis, l. si defunctus, C. de suis, & legit. bæredibus, glo. in cap. si diligenti, verbo perdant, lo 2. de for. compet. glo. fin. in cap. quia clerici de iure patron. Marc. Ant. Eugen. conf. 38. num. 42. lib. 1. Roman. singulari 692. regula eft. Curt. lun. conf. 93. num. 6. quem sequitur Suarez inter communes Doctorum opiniones, lib. 7. titul. 1. G. de acqui- rend. possess. num. 239. [Larrea decision. 51. num. 34.] cuius rationem alsignat Sarmiento dicto cap. 4. num. 3. † quod æquitati naturali, & rationi consonum est, vt bona laboribus prioris viri quæsita non cedant in utilitatem victrici, vel eius filiorum, sed reseruentur filijs alterius matrimonij prioris, vt alias obseruari solet in successionebus, † vt bona, quæ ex uno stipite venerunt, successoribus illius stipitis reseruentur, l. quod scit. cum ibi notatis, C. de bonis, que liberi, glo. in authent. post fratres, la prima de legitimis bæredibus, per l. de emancipatis eodem tit. l. 6. tit. 13. par. 6. ubi Gregor. Lopez glo. 1. & 2. late Napoda- nus, & adientes ad illum, in consuetudine Crutatis Neapolis, quæ incipit si quis, vel si quis, tit. de suc- cess. ab intellecto, & pro istorum lucrorum conserua- tione hypotheca competit, † nam bona secun- do nubentis sunt tacitè hypothecata liberis prio- ris matrimonij, à die quo lucra, & largitiones à priori coniuge habitæ ad secundo nubentem per uenerunt, vt in l. hac edictali, §. his illud, vers. om- nibus, C. de secund. nupt. ubi Iohannes a Garronibus, & hoc fauore filiorum primi matrimonij, sequitur Matienzo in l. 3. tit. 1. lib. 5. Recopilat. glo. 2. num. 38. Ant. Gomez in l. 14. Tauri, nu. n. 5. & 6. vers. item addc. Gregor. Lopez in l. 26. tit. 13. par. 5. glo. 3. & 5. 21

Cuius ratio potest esse, † quod lucrum inter socios habitum assūmit naturam capitalis, Bart. in l. 2. per text. ibi, C. de frum. Vrb. Constantinopolit. lib. 11. Gregor. Lopez in l. 1. tit. 10. part. 5. glo. 1. ideo sicut pro dote hypotheca competebat, similiter competit pro huiusmodi lucris con- stante matrimonio acquisitis, quia huiusmodi lu- cra sunt in tantum fauorabilia, † quod pater, 24 qui omnia bona alienat, præsumit reseruasie lucra matrimonij filijs, authent. nunc autem, C. de secund. nupt. quam ita adnotauit Alciat. de præ- sumpt. 22

sumption. regula 1. presumpt. 5. & Menoch. eodem tract. lib. 3. presumpt. 20. num. 1. & seq. dicens, hanc esse præsumptionem iuris ex 10. Andr. ad Speculat. tit. de presumption. §. species, num. 5. vers. in predicta; & ita concludo potiores esse partes filiorum dicti secundi matrimonij Petri de Le desma, quo ad dotem, & bona materna, & lucrum dimidiam partem, quam dos ultime vxoris. Salua rectius sententis censura. Conchæ die 14. Martij anni 1602.

SVM MARI V.

1. *Propositens factum alienum cum iuramento obligatur secundum plurimum opinionem.*
2. *Cautionem non observans soluit poenam.*
3. *Pœna videtur posita loco interesse.*
4. *Possibilita faciens, an teneatur adhuc ad interesse.*
5. *Obligare se voluisse aliquem sufficit apparere ante lege Regnorum Castellæ.*
6. *Contractus ex partium conuentione, accipiunt legem.*
7. *Graue est fidem fallere.*
8. *Facti alieni promissio est nulla.*
9. *Factum extranea persona, non subiecta, non potest promitti.*
10. *Facti alieni promissio est iudicata temeraria.*
11. *Grauior animi alterius promissio, quam pecunia obligatio.*
12. *Promittens factum alienum, non habet illud in sua potestate.*
13. *Facta sunt personalia.*
14. *Ad impossibile nullus obligatur.*
15. *Impossibilitas impedit pœnam committi.*
16. *Difficultas magna equiparatur impossibili.*
17. *Difficultas excusat a mora.*
18. *Iusta causa, quando excusat à pœna conuentionali.*
19. *Difficultas excusat à perjurio.*
20. *Difficultas superueniens, excusat promissorem facti alieni.*
21. *Excusat, qui non cogitauit, coniunctum sibi à fide promissa defecturum.*
22. *Promissio intelligitur rebus sic stantibus.*
23. *Promittens factum alienum, videtur promittere se facturum, & curaturum.*
24. *Promittens filiam suam dare alicui uxorem, intelligitur, quod faciet posse suum.*
25. *Promittens factum alienum, videtur solum se facturum diligentiam promittere.*
26. *Actus interpretari debet, vt valeat, nō vt pereat.*
27. *Promittens factum alienum, excusat faciendo possibilia, & num. 28.*
28. *Promissio, quod alias faciet cum effectu, quid importet, & num. 30.*
31. *Verbum, caucionero, in extra judicialibus, quid importet.*
32. *Verbum, cauere, quid significet.*
33. *Fidei usus obligatio an cadat in promissione facti alieni.*
34. *Promissio est stricti iuris, & stricte intelligenda.*

Tom. I.

35. *Promissionis verba interpretantur ad promitteris fauorem.*
36. *Verba in pœnalibus, & odiosis strictè interpretantur.*
37. *Verba contractus, intelliguntur iuxta materiam subiectam.*
38. *Verba impro priantur, ut subiecta materiae conueniant.*
39. *Verba non operantur, nisi secundum actus naturam.*
40. *Stipulatio præatoria, quæ sit, & quam vim habeat.*
41. *Præatoria stipulatio de facto alieno, quam vim habeat.*
42. *Publicè interest ne iudicia reddantur illusoria.*
43. *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
44. *Ratio fauoris, ubi cessat, non habet locum iuris dispositio.*
45. *Ratio diuersa, causat ius diuersum.*
46. *Intellectus ad l. 3. tit. 8. lib. 3. Ordin am.*
47. *Pœna cessat, ubi partis cessat interesse.*
48. *Bona stabilita minorum sine solemnitatibus, & auctoritate Iudicis non alienantur.*
49. *Contractus disensus soluuntur.*
50. *Quando actum est, quod fiat scriptura, interim res est imperfecta.*

ARGUMENTUM.

¶ De promittente factum alienum, an teneatur si fecit, & curavit, quod aliis faceret, & adimpleret promissa, & quid si factum esset difficile, propter iuris resistentiam.

CONSILIVM XIV.

Erdinandus Caxa, de consensu Catharinae Vidal, viduæ reliætæ Andreæ Caxa eius fratri, quandam conuentionem particularem fecit cum Petro Sanchez, Ciue Conchenii, in qua se obligauit, quod dicta Catharina erat illi venditura quandam domum, sub certis modo, & forma, per quandam dueatorum quantitatem certis quibusdam terminis perfoluendâ, & ad hoc dictam Catharinam facturam, vt sibi domus adiudicaretur in divisione bonorum, cū quadam sua filia minore facienda, ad quod cum effectu adimplendum se obligauit, sub pœna 500. ducatorum, quam quantitatè dicto Petro, & Fisco, pro dimidia parte applicari voluerunt; & cum dicta Catharina (vt leue est femininarum ingenium) à proposito deititerit; & dictus Ferdinandus maximis, & vrgentissimis medijs, & remedijs curauerit, & fecerit, atque procurauerit, quod dicta Catharina placito starerit, ipsa tamen protinus se domum vendituram negauerit, nisi pretio statim numerato, dictus Petrus prætendit Ferdinandum pœnam incurrisse; & quia ab ea liberum putamus, & adimpleuisse contractum sequentia in iure, animaduertenda sunt ad fauorem eius.

I

Et

1 Et si Doctores aliqui tenuerunt, † quod promittere factum alienum cum pena, vel iuramento efficaciter obligetur, glo. in §. si quis alium, verbo non obligabitur, & in §. vera vice, Instituta de inutilib. stipulat. l. stipulatio ita, in princip. ubi Doctores ff. de verbor. obligat. Angel. Aret. in d. §. si quis alium, num. 2. in fine, lai. in l. stipulatio ita habere, ff. de verbor. oblig. idem & aliis in l. decem, ff. eadem titulo, decif. Genus 152. num. 4. Socin. conf. 253. incip. in causa Domini, num. 12. volum. 2. quorum meminuit Gregor. Lopez in l. 11. tit. 11. part. 5. glo. 2. ad medium, [Merlin. controvers. fo- ren. cap. 4. num. 8.]

2 Maxime cum se obligauerit, † vt cautionarius dicta Catherine Vidal, quia cautionem non obseruans debet penam soluere, vt post Bart. & Alber. in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de officio Praefidis, tradit Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. casu

3 335. nu. 1. † nam pena in dubio videtur adiecta loco interelle, vt tradit Ioan. Andr. in regul. bona fides, ad finitem de regul. iur. in sexto, Petr. Lenientius decif. Rot. Bononiensis 26. nu. 7. l. 33. vbi Gregor. Lop. glo. 2. t. t. 11. part. 5.

4 Et quia i non videtur excusari eo, quod possibilia fecerit, dicta Catherine non ratificante, & vendente domum, quia saltem ad interelle, & sic ad penam tenetur, ex l. stipulationes non diuiduntur, §. Celsus, & §. fin. l. ita stipulatus, ff. de verbor. obligat. Roland. a Valle cony. 53. num. 11. & seqq. vol. 1. † maxime stante l. Regia 2. tit. 16. lib. 5. Recopilat. qua cautum est omnem consentum, per quem quoquo modo, quem se obligare voluisse, appareat obligationem parere, etiam si se obligaret, quod alter daret, vel faceret aliquid, vt tradit l' Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum, cap. 3. num. 30 cum traditis per Maticenzo in d. l. 2. tit. 16. glo. 6. num. 3. lib. 5. Recopilat.

Et quia videtur se ad penam obligare voluisse, casu quo dicta Catherine dictum domum vendere recularet, quae conuentio ex eo censemur 6 valixa, i quia contractus ex partium conuentione legem accipiunt, regula contractus de regulis iuris, Anton. de Butr. in cap. finem litibus, nu. 17. de doio, & contumacia, Bart. in l. si ut certo, §. nunc videndum, nu. 2. ff. commod. iti, Boer. conf. 13. num. 10. & conf. 41. nu. 4. Roland. a Valle, vbi proxime

7 nu. 14. † & quia graue reputatur fidem fallere, l. 1. ff. de constituta pecunia, l. 1. §. ner. to, ff. depositi, Cicero lib. 1. & 3. officiorum, & in oratione pro Roscio Comædo: Aque enim perfidissimum, & nefarium est fidei transire, Budæus in prioribus annotationibus ad Pandectas, in l. 1. ff. de his, qui notantur infamia, Feuardentius super Ruib, cap. 4. sect. 1. vers. principio.

Tamen his non obstantibus certius est de iure dictum Ferdinandum Caxa promissioni, & contractui tatisfecisse tam ex eo, quod non suo marте, nec arbitrio, sed voluntate dicta Catherine Vidal, cum fecit, & quia ipsa postea resiliuit, & dictus Ferdinandus pluribus medijs fecit, & curauit, vt dicta Catherine contractum adimpleret, & cum ipsa noluerit hoc facere ipse liberatur a pena, & interelle. † Pro quo facit, quod li-

cet quis possit proprium factum promittere, no tamen factum alienum, quia tali casu obligatio est ipso iure nulla, nec subrogatur obligatio ad interelle, text. est in l. stipulatio ita habere licere, vbi Duaren. l. inter stipulantem, ff. de verbor. oblig. l. sicut reus, ff. de fidei suffitoribus, l. cum qui, §. Julianus, ff. de constituta pecunia, §. si quis alium, Instituta de inutilib. stipulat. l. 11. tit. 11. part. 5. † & id communiter est receptum, quando pronuntitur factum extraneæ personæ, scilicet non subiectæ, vti est dicta Catherine Vidal, resoluunt Ant. Gom. tom. 2. variar. resolut rap. 10. nu. 73. vbi additio ad eū, Gregor. Lopez in d. l. 11. in princ. glo. 1. loan. Guttier. de iuramento confirmatorio, par. 1. cap. 44. nu. 1. Laderchius de Imola conf. 208. dubitationes, nu. 3. lib. 1. Conarius lib. 6. commentar. iuris, cap. 3. & 6. Socin. regul. 326. nam vt inquit Imper. in l. si apud, C. de aail. action. † Temeraria enim consultis vila est alieni facti promissio, quod non ex potestate promissoris, sed ex alieno potius arbitrio pendeat, idq; Cicero in qu. nta Philippica, aatis ostendit h. s. verb. s: Audebo etiam obligare fidem meam P. C. vobis Populoq; Romano, quia profectò cum me nulla v. s. cogeret, facere non auderem, pertinere ceremq; in re maxima periculo, am temeritatis opinionem: Promitto, recipio, spondeo P. C. Cesarem talem semper fore, qualis hodie sit, qualemque cum maximè velle, & optare debemus. Idem in † epist. 17. ad Brutum, lib. 1. de eadem re loquens, inquit: Est autem grauior, & difficilior animi, & sententiae, maximis praesertim in rebus, pro altero quam pecuniae obligatio: haec enim solui potest, & est rei familiaris iactura tolerabilis: Reipublica, quod spoponderis, que madmodum soluas, nisi is dependi facile patitur pro quo sponderis?

Talis enim promissio, † quid impossibile continet, cum in promittentis potestate factum alterius non sit, vt ille faciat, vt constat in dictis iuribus, & l. statuum, ff. de damno infecto, & tradit Alexand. in d. l. stipulatio ita, nu. 6. Anton. Gom. vbi proxime, † nam facta sunt personalia, l. cum filius familias, §. si stipulatus, ff. de verbor. oblig. Conanus lib. 6. comm. iur. cap. 3.

Ad impossibile † autem nullus potest obligari, l. quod nullius, l. impossibilium, vbi Decius, ff. de regul. iur. l. 1. §. si id quod, ff. de action. & obligat. cap. nemo, vbi glo. verbo obligari, de regul. iur. in sexto, Roland. a Valle conf. 43. in praesenti, num. 27. vol. 2. Hippolyt. in tract. de fidei suffitoribus, nu. 153. cap. fin. de pannis, quia non videtur, quis habere animum se obligandi tali casu, l. non solum, ff. de actio. & oblig. l. cum haeres, §. 1. ff. de statu liber.

Vnde † impossibilitas poenæ comissionē impedit, l. si vebenda, ff. adl. Rhodium, de iactu, vbi Bart. idem in l. continuus, §. illud, ff. de verbor. obligat. Hippolyt. in tract. de fidei suffitoribus, num. 158. vers. quero vigesimo, Cæphal. conf. 187. incip. conclusio fauorabilis, num. 7. tom. 2.

Quare cum saltem maximè sit difficile dicto Ferdinand Caxa, quod dicta dominus vendatur Petro Sanchez, tam ex eo, quod dicta Catherine Vidal contradicit, nec asserimus venditione prestatre vult, nec dominus predicta sit eius, sed filius mino-

minoris Andréæ Caxa, & dictæ Catherineæ, quæ ius ad dictam domum potest etiam prætendere, cum parens eam edificauerit, nullo modo incursum habet prætentam poenam, tamen difficultas magna æquiparatur impossibilitati, & excusat sicut factum impossibile, l. si familia, vbi Florian. de S. Petro num. 1. ff. s. mut. erit. Boer. consil. 83. num. 3. s. lib. 1. Sebastianus Medicus in tractat. de casibus fortutis, q. 4. in princip. Ludouic. Morot. respons. 35. num. 33.

Et ideò difficultas excusat a mora, tamen & poena vbi cuncte, quis tractat de damno vitando, d. l. si vebenda, §. idem iuris, ff. ad l. Rhodium, de iactu, & argumento ex text. in l. no exigitur, 9. 1. ff. si quis cautionibus, l. Celsus, §. 1. ff. de receptis arbitris, iacte Doctores in l. quod te mibi, ff. si cert. petat. Iraque retract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 124. Ioan. Gutierr. de iuramento confirmatorio, part. 1. cap. 44. num. 4. Couarr. in cap. quamvis pactum, part. 2. §. 5. num. 4. vers. quis locus, dicens, tamen dicet Doctores tenuerint, quod iulta causa non excusat à poena conuentionali, tamen vbi talis iulta causa procedit a difficultate vera, quæ in hoc consistit, ut debitor possibilem diligentiam adhibuerit, ipse existimat iustum causam à poena conuentionali excutare, ex Imola consil. 5. num. 4. & Anton. de Butr. in cap. significante, n. 5. per textum ibi de pignor. plures alii adducti per Hippolyt. de Mariell. in tract. de fidei sufforibus, num. 159. Rebut. in repet. l. unic. C. de sentent. quæ pro quod interest, proferuntur glos. verbo in omnibus casibus, num. 8. Decius in l. quod te, num. 5. & 56. ff. si cert. petat. Aftict. decis. 295. num. 3. & 5. vbi additio.

Sicut & difficultas excusat à periurio, cap. breui, de iure iur. Bart. in l. Labeo, in iur. num. 13. ff. de iure iur. glos. verbo diuina, in cap. beatus 22. quæst. 2. Bald. in l. accept. am, q. 23. num. 60. C. de iur. & in l. fin. num. 5. C. de non numerata pecun. Doctores communiter in cap. Odoardus, resolutionibus, & in l. quod te, vbi Alexand. num. 11. ff. si cert. petat. Couarr. in cap. quamvis pactum, part. 2. §. 5. num. 3. de pactis, lib. 6. Hippolyt. d. num. 159.

Quod certius est animadverso, quod ista difficultas a principio non inerat, quia dictus Ferdinandus Caxa non ex suo capite contractum iniuit cum dicto Petro Sanchez, sed cum scientia, & patientia dicta Catherineæ Vidal cognata, vt omnes ferè testes deponunt, quare & licet dicta Catherine ob inconstantiam famini lexus, voluntatem mutauerit, à domus venditione le abstrahens, & ex eo eius vendenda sit orta difficultas, procul dubio excusat, vt argumento cap. quærelam, de iure iur. tradit Nauarr. in manuali, c. p. 12. num. 22. Couarr. vbi proxime n. 6. Ioan. Gutier. de iuramento confirmatorio, part. 1. d. cap. 44. num. 4. & ex l. si vebenda, supra allegata, & l. 2. §. 1. si quis cautionibus, tradit Iaf. in l. stipulatio 38. num. 10. vers. qualicet, ff. de verbor. obligat. tamen cogitare non debebat eam, quæ vinculo astimitatis, tam propinquuo eum attinebat ipsum fruituram, qui causus etiam excusat à poena, vt tenet Decius c. q. 312. n. 3. Ripa in l. quod te min., num. 22. 46. ff. si cert. pet. tamen omnis promissio intelligi-

gitur rebus sic stantibus, Petr. Benintendus decis. Rotæ Bononiens. 65. num. 14. Corn. in consil. 102. n. 17. vol. 2. Ioan. Cæphal. consil. 187. incip. conclus. nu. 4. & 5. tom. 2. Morotius respons. 3. nu. 10. ar- gum. l. quod seruus, ff. de condic. ob causam, Bald. in l. fin. num. 5. C. de non numer. pecun.

Pro quo facit, tamen quod promissio facti alieni, sicut iure Pontificio resolutur, vt in hunc terram valeat, quod promittens teneatur solum se acturum, & curaturum, quod alter faciat ex canonica æquitate, vt tenet glos. verb. vigilæ, in cap. Eleutherius, 91. distinet. quam sequitur Couarr. d. 9. 5. n. 1. pro ea est text. in simili, quem ipsamet glos. portaverat in l. quoties quis alium, ff. de verbor. oblig. cap. tibi Domino, 63. distin. Ioan. Gutier. dict. cap. 44. nu. 2. Ant. de Butr. Abb. & Prepos. in cap. ex literis 2. de sponsal. Alex. nu. 5. Iaf. nu. 6. in l. stipulatio ista 38. ff. de verb. oblig. Felin. in cap. ex rescripto, num. 18. de iure iur. Alciat. in l. 4. §. Cato, num. 139. ff. de verb. oblig. Matienço in l. 2. tit. 26. lib. 5. Recop. glos. 6. num. 4.

Ita & etiam quando quis iuravit filiam suam in sponsam alteri dare, intelligitur solum se obligatio ad faciendum iuxta posse suum, cap. ex litteris, de sponsalibus, Bald. in d. l. fin. num. 5. C. de non numerata pecun. & hoc utroque iure obtinere in matrimoniali causa, ex glos. verb. firmata, in cap. veniens, de eo, qui cognovit consanguineam uxoris, l. Titia, ff. de verbor. oblig. tradit Couarr. dict. num. 1. Angel. & Imol. in l. inter stipulantem, in princ. ff. de verbor. oblig. Iaf. in l. stipulatio 38. num. 10. eod. tit. Bald. in l. fin. col. vltim. num. 15. C. de sponsalib. vbi additio Dec. in l. impossibilium 144. nu. 4. vbi additio, ff. de regul. iur.

Ideò ex eadem æquitate canonica, & ratione iure nostro Regio, verius est, tamen quod si quis promittat factum alienum cenieatur promittere se acturum, & curaturum, vt alias faciat, & solum teneatur ad interesse, si non fecerit, nec ut ficeret diligentiam adhibuerit, tradit Gregor. Lopez in l. 11. tit. 11. part. 5. glos. 1. Matienzo vbi proximum. 5. Ioan. Gutierr. d. cap. 44. n. 6. tamen cum de le promissio facti alieni sit de iure inualida, resolvi debet, vt censeatur solum se facturum, & curaturum promissile, vt interpretetur actus magis, vt valeat, quam pereat, iuxta textum in l. quoties, in stipulationibus, ff. de verbor. obligat. Iaf. in l. stipulatio ista 38. nu. 3. cod. tit. cap. Abbate S. Syluan, de verbor. signific. l. 3. ff. de testamento militis, l. quoties, ff. de rebus dubijs, glos. in l. si post diuisione, n. verbo non posse, C. de iuris, & facti ignorantia, Menoch. de presumpt. lib. 6. presumpt. 4. nu. 1. Roland. à Valle consil. 65. nu. 16. lib. 1. Cæphal. consil. 146. num. 24. tom. 1. & ita cum dictus Ferdinandus Caxa probatum multis testibus habeat diuersis medijs le egisse, & procurasse, quod dicta Catherine Vidal, cum effectu domum venderet ipsi Petro Sanchez, nec id consequi potuerit, est dubio procul liber à poena, quæ sibi deminatur.

Nam & promittens factum alienum in excusatur à poena omni iure faciendo possibilia, vt resolut Laderchius Imolensis consil. 208. dubitationes, nu. 3. vol. 1. & ex l. si vebenda, §. penult. ff. ad l. Rhod. à Tom. 1.

de iactu, tenet Abb. in cap. gemma, de sponsalibus, num. 9. & est communis opinio, telle Francisco de Aretio in l. sita stipulatus fuero, §. possum, ff. de verbor. obligat. Decius cons. 312. incip. promisit dominus Ioannes Maria, nu. 2. tom. 1. Gregor. Lopez in d.l. 11. tit. 11. part. 5. glos. 2. lai. nu. 10. in d. 1. stipulatio ista, Alex. in additio ad Bart. in l. qui autem, ff. de constituta pecunia, Aret. in l. sita stipulatus, §. possum, ff. de verbor. oblig. Cagliad. decy. unic. num. 2. de mutuis petitionibus, Maranta in quæstionibus, q. 7. num. 11. Marc. Ant. Natta cons. 450. incip. recto, & diligenter considerato processu per summarium exhibita, num. 42. vol. 2. Matthæus de Afflictis decif. 295. num. 2. & 3. vbi additio antiqua, & nouior, Viuius inter communes Doctorum opiniones, lib. 8. tit. 22. C. de contraben. & committenda stipulat. num. 46. vers. item promittens.

28 Et quia † vt supra diximus promissio facti alieni resolutur in promissione facturum, & curaturū adhuc in his terminis dictus Ferdinandus Caxa excutatur si fecit, quod potuit, prout fecisse constat, Bart. consil. 263. incip. Martinus promisit, vol. 1. Abb. in cap. significantibus, infin. n. 9. de officio deleg. & cons. 90. incip. circa primum, nu. 1. part. 1. quos referit Dec. cons. 439. nu. 8. tom. 2. Felic. in cap. ex re scripto, nu. 17. de iure iur. Gomezius in l. in personam, n. 27. Instituta de actionibus, Maranta a q. 7. num. 20. Viuius vbi proxime, Dec. in d.l. impossibilium, num. 4.

29 Neque † oblitabit si dicatur dictum Ferdinandum Caxa promissis, quod dicta Catherine Vidal erat venditura domum dicto Petro Sanchez, cum effectu, quemadmodum in alijs contractibus communiter ponis solet, nam vt Aretinus ait cons. 143. incip. ex facto proponitur, vers. venio:igitur ad primum, quem sequitur Dec. dict. consil. 312. nu. 2. huiusmodi verbū non operatur plus, quia scilicet importat, quod non simulate, sed verè, & bona fide quantum erit in eo curabit cū omni diligentia, quod alter faciat, non vt ad impossibile, videatur promittens obligatus, & hanc dicit communem opinionem, Aretin. in d. l. ita stipulatus, §. possum, ff. de verbor. obligat. sequitur Decius in d.l. impo. sibilium, n. 4 Iosu. Franc. Purpur. cons. 561. num. 1. & 2. vol. 2.

Vnde verior, & magis communior est sententia, † quod etiam quando est verbum cum effectu promittens factum alienum faciendo possibilis excusat, vt post Afflict. dict. decif. 295. & Ripam in l. quod te mibi, num. 44. ff. si cert. petat. Aret. cons. 142. col. 4. Paris. cons. 110. incip. promissio, per totum, maxime num. 25. & seqq. lib. 1. qui alios allegat Ioseph. Ludouic. decif. Perusina 27. n. 9 part. 1. late Thom. Grammat. q. 2. per totam, Marc. Ant. Eugen. cons. 90. incip. quamvis, nu. 46. lib. 1. qui in fortioribus terminis loquuntur vide licet, quando etiam iuramentū aceslet, quod in nostro casu non interuenisse certum est, Rolad. à Valle confirmans cons. 53. num. 15. lib. 1.

Nec obstabit dicere, quod dictus Ferdinandus Caxa se obligauit, vt cautionarius dicta Catherine Vidal, q. c. sive hoc videatur pro ea fideiussor.

sisse; nam ultra, quod non est eius fideiussor, nec verbum cautionero, operatur allud, quam sim- 31 plicem promittorem facti alieni se esse, cum verbum cautio de simplici promissione intelligatur, l. sanctus, C. de verbor. signif. cap. ultim. §. in alijs, vt lite non contentata, l. 10. tit. 33. part. 7. latè Rebuff. tract. de sententis executoriis, artic. 1. glos. 16. num. 1. & seqq. l. 2. §. sed si dubitetur, ff. de iudic. ss. Prateius de verbis iuris, verbo cauere, cum huiusmodi verbum cauere, apud Vlpianum in l. si vt certo, §. quinimo, ff. commodati, & Paulum in l. incommodato 17. §. 3. ff. eodem, significet simplici chirographo te obligare, vt profacto alieno dictus Andreas Caxa se obligauit, adhuc in proprijs terminis fideiussoris est certissimum de iure, † quod nec fideiussor pro facto alieno obligari valet, textus capitalis in l. sicut 66. ff. de fideiussoribus, quæ ait: Sicut reue principalis non alias, quam si de sua persona promittat obligatur, ita fideiussores non alias tenentur, quam si se quid daturos, vel facturos promittant, nam reum principalem daturum aliquid, vel facturam frustra promittunt, quia factum alienum inutiliter promittitur, & ita reiolutus Conanus lib. 6. commentariorum iuris ciuilis, cap. 6. vers. nec obstat, pag. 366. Anton. Gom. tom. 2. variarum, cap. 10. nu. 23. vers. in quo notabiliter, Bart. & communiter Doctores in d. si quis reus.

Et confirmatur † nam eum promissio sit stricti iuris, & 34 ideò debeat interpretatio sumi, per quam quod minimum est in promissione veniat, l. apud Julianum, §. scio, ff. de legat. 1. & per Alciat. respond. 68. num. 5. tom. 3. & Carolus Ruyn. consil. 150. nu. 14. lib. 4. tradit Ludou. Morot. respons. 9. num. 27. tom. 1. Caualc. part. 2. decif. 5. num. 32.

Omnia † verba dicti contractus debent ad factorem dicti Ferdinandoi Caxa interpretari, & contra Petrum Sanchez, qui in sui fauorem promissio emesse ficitur prætendit, vt dictus Ferdinandus minus, quam sit possibile remaneat obligatus, l. semper in stipulationibus, ff. de regul. iuris, l. sita stipulatus fuero 1. & 2. ff. de verbor. obligat. Caualc. decif. Fruizanensis. s. n. 32. part. 2. l. veteribus, ff. de pactis, Dec. d. cons. 312. num. 4. tom. 1. decif. Genuea 7. num. 7. Laderchius limolensis cors. 9. quæstio hac, num. 3. lib. 1.

Maxime hoc casu, qui est pœnalis, & de pœna incursione agitur contra dictum Ferdinandum Caxa; † nam in pœnalibus, & odiosis verba sunt stricte interpretanda, argum. l. sancto legum, ff. de pœnis, cap. odia, de regul. iuris, l. b. 6. Marc. Anton. Eugen. cons. 49. num. 57. & seqq. & cons. 86. num. 49. lib. 1. præcipue cum ipse fecerit instantiam possibilem pluribus, & diuersis medijs, vt dicta Catherine non reclamaret, sed couentioni ad eius instantiam, & de suo facto initæ pareret.

Vlterius, nam dicta verba, como cautionero de Catherine Vidal, præferunt, & aperte insinuant promissionem suam vere fauile de facto alieno, cum natura contractus ipsius hoc significet, † & quælibet verba contractus debeant intelligi iuxta subiectam materiam, l. si uno, ff. locati, Bald. in rubrica, q. 9. C. de contrabendo, emptio. Decius in l. quotiens, id est sermo, num. 2. ff. de regulis iuris,

- ius, & consil. 473. incip. queritur, num. 11. Gozadinus cons. 74. num. 16. Cæphal. consil. 104. patrum locationis, num. 8. & consil. 25. num. 19. & consil. 105. num. 5. tom. 1. & consil. 259. num. 53. Roland. à Valle consil. 39. à num. 9. lib. 4. Menoch. lib. 4. presumpt. 133. num. 5. Stracha in tractat. de adiect. part. 4. quest. 1. num. 11. in tantum, 38 † vt verba impropriari debeant, vt iuxta subiectam materiam intelligentur, vt tradit Menoch. dict. lib. 4. presumpt. 139. num. 12. Riminald. Seniot consu. 116. num. 26. lib. 1. Gomez de Leon allegat. 87. num. 3. l. si insulam, ff. de prescriptis verbis, cap. constitutus, de religiosis domibus, l. si olei, C. locati, Alexand. de Imola consil. 43. visis, & ponderatis, num. 25. vol. 4. Florian. de S. Petro in l. si stipulatus, num. 2. ff. de usuris.
- 39 Cum † non possint aliquid operari, nisi secundum actus naturam, vt tradit Cæphal. consil. 199. nu. 2. tom. 2. Alexand. consil. 21. incip. viso compromiso, nu. 9. lib. 5. & consil. 92. incip. perspectis, n. 16. lib. 6. ex d. l. si stipulatus, & l. danni infecti stipulatio, in princ. ff. de damno infecto.
- 40 Nec obstat argumentum, † quod ex aduerso sumitur, de cautionario iudicali, qui tenetur (& si ille, pro quo cautionem fecit, non ratificet, aut faciat poenam soluere, ex l. si Procurator, ff. rem ratam haberi, l. 11. vers. mas quando, titul. 11. part. 5. vt adnotarunt loan. Gurier. d. cap. 44. nu. 1. vers. sc. tertia conclusio, quæ vocatur stipulatio Prætoria, l. quoties quis, ff. de verbor. oblig. vt tradit Alex. in d. stipulatio ista, nu. 3. vers. secundo fallit, Ias. nu. 4. ff. eod. tit. Cynus in l. 1. q. 7. C. de Procuratoribus, nam in nostro casu non militat eadem ratio, cum huiusmodi cautio non sit iudicalis, sed de facto alieno, præstata extra iudicaliter per dictum Ferdinandum in quadam simplici schedula, nam vt inquit Couarr. ubi supr. d. §. 5. num. 7. ideo † in Prætorijs stipulationibus, quæ de facto alieno fieri posunt, & in hunc accipiuntur sensum, quod promiserit quis se facturum, & curatur non excusari promissorem ab interesse, & si curauerit diligenter, quod alter faciat, aut ratam habeat, quia hic sensus manifestus est ex contrahentium intentione dict. l. si Procurator, & l. quoties, alioquin eslet inutilis dicta stipulatio Prætoria, & iudicia, simileque actus, quibus haec Prætoriae stipulationes accedere solent reddentur illusoria, vt Couarr. ponderat ex l. sancimus, C. de fidei usor. l. fidei usor, §. necessaria, ff. quis satisfare cogantur, Carolus Ruyn. in l. 4. §. Cato, & ibi Lancellot. vterque opposit. 9. Alciat. nu. 137. ff. de verbor. oblig. & eslet magnum conueniens.
- 42 Quia † publicè conuenit ne iudicia illusoria redcantur, l. si Prætor, ff. de iudicis, Rolad. à Valle consil. 47. in praesenti, num. 8. volum. 3. cap. commissa, de electione, Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. casu 377. num. 17. propter iudiciorum authoritatem, & ideo fecus dicendum est de cautionibus extra iudicalibus præstitis de facto alieno, vt 43 præstans ad poenam non teneatur; † quia exceptio in uno firmat regulam in contrarium, l. nam quod liquide, §. penultim. ff. de penu. legata, Dec. in l. 1. de regul. iuris, Marc. Anton. Eugen. consil. 25.

num. 41. lib. 1. l. cum Prætor, in princip. ff. de iudicis, Cæphal. consil. 150. num. 16. tom. 1. & consil. 288. n. 45. tom. 2. Roland. à Valle consil. 80. n. 53. vol. 3. † & cum non militet in actu extra iudicali 44, eadem ratio fauoris, quæ in iudicali militat, non debet militare eadem iuris dispositio, l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verbor. obligat. Alexand. consil. 46. num. 6. volum. 7. Rolandus a Valle consil. 25. num. 32. lib. 4. Cæphal. consil. 3. num. 83. lib. 1. † & ratio diuersa, diuersum ius causat, l. Papi. 45 nianus exuli, ff. de minoribus, l. fin. cum vulgatis, ff. de calumniatoribus, Cæphal. consil. 259. testator instituit. n. 56. tom. 2. & cestante ratione legis non habet locum eius dispositio, l. adigere, §. quantus, ff. de iure patronat. cap. cum cessante, de appellat. Marc. Anton. Eugen. consil. 9. num. 52. & consil. 25. num. 39. lib. 1. Cæphal. consil. 279. num. 11. lib. 2. decis. Genae 199. nu. 2. nec hac de causa procedit argumentum de iudicijs ad contractus, & si aliquando è contrario procedat, vt apud Euterardum videre licet, qui de primo in locis legalibus argumentum non posuit.

Nec † obstat l. 3. tit. 8. lib. 3. Ordinamenti, hodie 46 l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilationis, quia non inducitur per eam præcisa ad factum alienum obligatio, & tantum tollit solemitatem stipulationis, & contractus verborum, non tamen alia substantialia, & naturalia contractus, vt tradit Anton. Gomez dict. tom. 2. cap. 20. num. 23. eas subiungens rationes, quod cum stipulatio facti alieni non valeat, similiter non valebit promissio, vel obligatio eius; & quia rationes, quæ pro hoc militant de iure cōmuni, obtinent etiam iure Regio, & quia iure canonico secundum quod simplex promissio nudo pacto facta obligationem parit, cap. 1. cap. qualiter, de pactis, Couarr. in cap. quamvis patrum, part. 2. §. 4. n. 2. & n. 9. vers. 10. eod. tit. lib. 6. Abb. in cap. si cautio, n. 2. de fide instrumentorum, & tamen non valet eo iure promissio facti alieni, argumento iurium prædictorum, nisi intelligatur, prout supra taliter promittentem solum voluisse se obligare ad faciendum, & curandum, quod alter faciat, non tamen præcise ad factum illius, quomodo interpretatur dicit. l. Regiam, post Matienzum ibi glos. 6. num. 5. Gregor. Lopez in d. l. 11. tit. 11. part. 5. glos. 1. loan. Gutier. dicit. cap. 44. num. 6. post. princip. & ita dictus Ferdinandus Caxa solum remanit obligatus ad faciendum, & curandum, quod dicta Catherina faceret, cui obligationi plenissime satisfecit, vt ex probationibus eius satis liquet.

Vlterius, quia iustitia dicti Ferdinandi Caxa efficitur clarior, nam dictus Petrus Sanchez agit ad meram, & odiosam poenam, non allegans, nec allegandi facultatem habens se paucum fuisse damnum aliquod, nec interesse, ex eo, quod domus prædicta sibi non vendatur, & ita audiendus non venit, † quia poena cessat, vbi interesse non adeat ex parte prætendentis eam fuisse incursum, vti post Grammaticum consil. 66. num. 74. tradit Cæsar Virsilius in annotationibus ad Matthæum de afflict. decis. Neapolit. 186. num. 3. & decis. 135. num. 5. & seqq. pro quibus est text. in l. seruus ea lege

^{Ex} legē, ff. de seruis exportandis, & Doctores latē in cap. dilecti, de arbitris.

Et quia difficultas, quam supra ponderauimus excusare dictum Ferdinandum Caxa comprobatur, nam non solum versatur intermedia prouisio facti alieni dictæ Catherine Vidal, circa venditionem domus, sed etiam filiæ eius minoris, quæ hæres est dicti Andreæ Caxa defuncti, qui domum prædictam reliquit, & ius in ea sua filiæ, quæ etiam de causa alienatio est difficultis, cum bona minorū sine iudicis decreto, & alijs à iure requisitis solemnitatibus alienari nequeant, maxime domus paterna, l. lex, que tutores, C. de administr. tutor. l. f. pupillorum, §. fin. ff. de rebus eorum, Paul. Paril. consil. 101. nu. 27. volum. I. Godadinus cons. 78. nu. 11. Roland. a Valle cons. 76. pluribus nu. 18. vol. I. Caphal. cons. 115. n. 1. lib. 1. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. casu 171. nu. 4. Decius cons. 403. incip. quasmuis in casu, num. 19. tom. 2. J. 60. tit. 18. part. 3. vbi latè Gregor. Lop.

Et ultra, quod supradicta omni proutius difficultate liberam efficiunt iustitiam dicti Ferdinandi Caxa, certior redditur, quia ut tres illius testes deponunt, cum dictus Petrus Sanchez pro certo sciret ipsum Ferdinandum magnam adhibuisse curam, & diligentiam, ut domus ei venderetur, dixit se nolle litigare cum suo vicino, & amico, sed quod ad iniucem delerentur chyographa per eos facta, cuius placitum ad maiorem iustificationem dictus Ferdinandus acceptauit, ut ex processu constat, & si dictus Petrus Sanchez hoc dixerit in præsentia eorum, quos ad ipsius misericordia dictus Ferdinandus, & unde à qualibet conventione inter eos inita recepsisse censemur per huiusmodi dissensum, l. i. C. quando licet ab emptione discedere, l. nihil tam naturale, vbi Decius, ff. de regul. iur. cap. 1. codex titul. in decretalibus, l. sicut initio, C. de obligationibus, & actionibus, l. prout quisque, ff. de solutionibus, §. fin. Instituta quibus modis tollitur obligatio, Bart. in l. si tibi decem, §. de pignore, num. 2. ff. de peditis, maximè cum non fuerit aliquis contractus perfectus inter eos initus, immo egerint, quod de venditione domus, & solutione prædicti erat facienda scriptura publica in forma requisita, & quo casu videtur succedere regula juris, quæ habet, quod quousque fiat, aut facta sit scriptura, non est actus, nec contractus perfectus, immo est locus paenitentiæ, l. contractus, C. de fidei instrumentorum, glos. verbo scripturam, in princip. Instituta de emptione, & venditione, glos. verbo in scriptis, in dict. l. contractus, vbi Bald. nu. 7. Paul. Caius. num. 9. l. 6. titul. 5. part. 5. vbi Gregor. Lopez glos. l. l. cum res, C. de probat. Bart. in l. testimoniis, num. 2. C. de testimoniis, l. Decius cons. 340. tomo. 2.] Ex quibus omnibus resoluo de iure esse certum, quod dictus Ferdinandus Caxa adimplieuit contractum super quo conuenitur, & non incurrit in aliquo modo in temerarium eius pacnam, nec posse aduersus eum exequi, immo absoluendum esse ab indebita impetitione dicti Petri Sanchez, & ei esse imponendum perpetuum silentium. Salua v. d. dignissima censura. Conchæ 10. Augusti 1602.

- 1 Hypotheca bonorum tutoris contrahitur, à die administrationis accepta.
- 2 Matris, & auia bona si sunt tutrices hypothecatur minori.
- 3 Hypotheca tacita, & expressa, trahitur ad futuræ.
- 4 Curatoris ad lites bona obligantur minori.
- 5 Hypotheca, conuentione, ab que traditione constituitur, & num. 18.
- 6 Hypotheca in anno censu constituitur.
- 7 Creditor anterior præfertur posterioribus.
- 8 Prior tempore, potior est iure.
- 9 Prior creditor præfertur agendo, & excipiendo.
- 10 Prior creditor præfertur regulariter in bonis postea quæsitis, contra Salic. num. 11.
- 11 Vna, & eadem res, non debet diverso iure censi.
- 12 Creditor anterior, qui pro credito rem emit, repellit posteriorem agentem hypothecaria.
- 13 Primus creditor præfertur secundo in generali, & speciali hypothecaria.
- 14 Prior hypotheca generalis præfertur secunde speciali in eadem re.
- 15 Ius alicui quæsumum non tollitur sine facto ilius.
- 16 Prior creditor cum hypotheca præfertur secundo habenti constitutum, & num. 18.
- 17 Creditor hypothecarius anterior, auocat rem posteriori in solutum datam.
- 18 Obligationis tempus inspicitur, non destinata solutionis.
- 19 Creditor in diem, vel sub conditione, posteriori puro præfertur euéniente die, aut conditione.
- 20 Die, aut conditione, adueniente retrograbitur obligatio.
- 21 Hypotheca prior, tacita, vel expressa, est potior posteriori expressa, aut tacita.
- 22 Quale ius erat Authoris, tale est successoris.
- 23 Obligationis conditio, non rautatur ex successori persona.
- 24 Creditor tenetur cedere actiones, contra confidens, & iusserem, aut mandatorem.
- 25 Cessionarius est propriè creditor.
- 26 Creditor est, cui aliiquid solvi debet.
- 27 Cessione transfertur actio in cessionarium.
- 28 Cessionario competit actio, quæ cedenti competebat.
- 29 Executrium ius cedi potest.
- 30 Cessionario competit via executiva in casibus, quibus cedenti competebat.
- 31 Cessionario competit cum suo privilegio, collacente persona.
- 32 Cessionario succedit in omne ius cedentis, & est Procurator in rem propriam.
- 33 Fideiussor, qui solvit pro principali cessa actione ab ipso repetit.
- 34 Hypothecaria actio accessoria est personali.
- 35 Cessione dotis facta transit hypotheca tanquam pedis equa.
- 36 Ille cui cessa sunt iura, prosequitur pignora, & hypo-

- hypothecas contra fideiussorem, & principalem.*
 39 *Mulier quando de necessitate actionem cedit, transiunt priuilegia in cessionarium.*
 40 *Cessionarius subrogatur in locum cedentis.*
 41 *Agens anteriori hypotheca posteriori præfetur.*
 42 *Fideiussor censemur obligatus sub conditione si principalis non soluerit.*
 43 *Fideiussor solutioone posterior, quando alijs præferatur cessione sibi facta.*
 44 *Fideiussor debet extrahi indemnisi.*

ARGUMENTVM.

Tutoris, & administratoris bona, à quo tempore incipient obligari, & priuilegia cedentis in cessionarium transire, maxime si ex fideiussione soluit.

CONSILIVM XV.



V M Ioannes Castellano Ciuis Conchenensis coactus eslet accipere tutelam personæ, & bonorum Nicolai de Sosa minoris, se, & sua bona obligauit, & fideiussorē dedit Marcum Castellano eius fratrem, quo tempore habebat dominum in suburbis Ciuitatis prædictæ circa portam Valentiae, & super ea impositum annum censem principalis centum & duodecim duatorum in f. uorem Ioannis Trillano, ob prædictam fideiussionem facta fuit scriptura indemnitatibus Marco per Ioannem, & eius uxorem, cum solitis vinculis, & bonorum obligatione, & cum coepisset administrare, imposuit alium censem 56. duatorum super eadem domo, etiam infuorem eiusdem Ioannis Trillano; & cum dictus Nicolaus de Sosa, & Bernardinus eius frater, & cessionarius rationem administrationis deposceret prædictæ tutelæ contra principalem, & fideiussorem, eosque per executoriam condemnasset, compulit Annam de Torres, uxorem, & hæredem dicti Marci Castellano soluere, centum & quadraginta quatuor millia morapetinorum, & expensas, & ut posset eas consequi ex bonis dicti Ioannis, fecit sibi cessione, siue chartam de lasto, cuius, & executoriæ, & scripturæ indemnitatibus virtute executionem fieri obtinuit in dicta domo, quæ post sententiam de remate, fuit cum onere dicti census anterioris ad dicta pro summa, quam persolverat, & additio fuit cessâ dictæ Annae, quæ possessionem domus judicialiter coepit, & Ioanna Trillano filia, & hæres dicti Ioannis Trillano cautelose intendit censem postea impositū, & eius redditus consequi à dicta domo, quod Anna contradicit tanquam creditrix anterior, in cuius iustitiæ fauorem, sequentia debent aduerti, ex quibus clara efficitur.

Primo certissimum esse, quod omnia bona præsentia, & futura dicti Ioannis Castellano, fuerunt iurius ministerio hypothecata tacite dicto

Nicolao de Sosa, † quia contrahitur hypotheca tacita de bonis tutoris, vel curatoris, vel corum, qui protalibus se geslerunt à die, qua incipit administratione vti, donec satisfaciant, l. pro officio, C. de administr. tutor. vbi glo. l. de creationibus, C. de Episcopali audientia, l. ultima, §. inuentario, C. de curatore furioso, authent. de hæredibus ab intestato, §. sin autem plurimi, collat. l. l. vlt. tit. 16. par. 6. Bart. & alij, in l. Sabinus, §. finali, cum l. seq. vbi R. pp. de priuilegio creditorum, Rebuss. tom. 2. commentariorum ad constit. Gallicas, tract. de constitutione reddituum, art. 1. glo. 14. num. 16. l. 23. tit. 13. par. 5. vbi Gregor. Lopez glo. 4. Negusantius tractat. dep. pignoribus, par. 2. principal, membr. 4. num. 12. Molina tom. 1. de iustitia, disputat. 223. vers. universim, & tom. 2. disputat. 536. vers. minor, lat. in §. item seruiana, num. 76. instit. de actionibus, Constantus de dotibus, cap. 7. n. 6. † etiam si essent bona dotalia matris, vel auiæ, quæ sunt legitimæ tutrices, authent. matri, & auiæ, C. quando mulier tutel. offici fungi possit. & ita tradunt Socin. conf. 146. incip. diligenter puncti narratione considerata, & Decius conf. 349. col. fin. & Andr. Sicul. conf. 91. col. 1. vol. 3. Vecinus inter communes opiniones Doctorum lib. 8. tit. 8. C. de pignoribus, nu. 32. & Villalobos n. 45. Roland. à Valle conf. 17. incip. magnifica, num. 6. lib. 4.

Et † quia hypotheca siue tacita, siue expressa, trahitur ad futura, vt tradit Bald. in l. fin. in princ. C. quæ res pignori obligari possunt, & in l. bac. edictali, §. his illud, verbo babituras, num. 15. C. de secund. nupt. & in l. vbi abduc, num. 58. C. de iure dotum, Vecinus ad communes opiniones, d. tit. de pignoribus, num. 33. & 37. Couart. in praet. quæst. cap. 29. num. 4. lo. Gutier. lib. 2. praet. quæstio. 17. num. 6. [Nouar. in prax. de priuile. misericord. personar. priuileg. 105. num. 4.] Idque procedit † etiam in curatoribus ad lites, quorū bona etiam sunt minori racite hypothecata, vt est text. in l. properandum, §. finali, C. de iudicij, quo non est expreſſio ſecundum Bald. ib. num. 2. & in l. 2. C. qui dari tutores possunt, Gregor. Lopez d. glo. 4. idem in l. 2. tit. 19. par. 6. glo. 2. & in l. fin. tit. 16. eadem part. glo. 7. lo. Gutier. de iuramento confirmatorio, par. 3. cap. 5. num. 17. & seq. † sequitur ex eo, quod dicta tacita hypotheca anterior præfertur lecundæ impositionis census: nam cum ius hypothecæ per solam conventionem constituantur absque traditione aliqua, l. finali, C. quæ res pignori obligari possunt, Paul. Caſtr. in l. 2. nu. 2. ff. de pignor. action. Ioan. Garcia tract. de expens. & meliorat. cap. 4. num. 33. † diceas etiam in centu annuo hypothecam constitui, & Molina d. tom. 2. de iustitia, disputat. 254. ad finem, creditor, qui anterior ius hypothecæ habet secundo posteriori erit præferendus, † quia creditor anterior poste rioribus est præferendus, l. potior, ff. qui potiores in pignore habeantur, cap. qui prior de regul. iur. in sexto, Cæphal. conf. 86. num. 6. lib. 1. Ioseph. Ludou. decis. Perusina 55. nu. 7. par. 1. Hieronym. Gratus respons. 40. nu. 38. & respons. 1. 48. n. 4. vol. 2. † Ex quo elicitur vulgatum iuris axioma, quod qui prior est tempore, idest, cui prius obligata sunt bona,

- na, is potior est iure, & præfertur alijs, l. quoties v-
triusque ff. de regul. iur. l. qui balneum, ff. qui potio-
res in pignore habeantur, Bald. in l. creditor in lectu-
ra antiqua eodem titulo, Rebuff. ubi proximè art.
1. glo. 8. nu. 1. glo. fin. in cap. 1. de maiorit. & obed.
vbi Ant. num. 8. Couar. lib. 1. variarum, cap. 16. n.
6. infine, las. in l. si pluribus 33. nu. 29. ff. de legat. 1.
9. t. non solum agendo, & opponendo, sed excipiē-
do, vel replicando, text. in l. creditor in princ. ff. qui
potior. in pignor. habeat. vnde si prior polsideat rē
sibi hypothecatam, & à secundo creditore re-
petatur, is poterit excipere, & se defendere, vel si
non polsideat agere, Rebuff. proximè allegatus n.
2. Pro quorum confirmatione est locus celebris
apud Demosthenem oratione secunda in Oneto-
rem: Nonne totos decen annos ante mea ille, acce-
perat, propter quæ damnatus fuit, quam affinitatem
tecū contraheret? ante omnia recuperare decebat me,
qui, & iudicio viceram, & pupillus circumuentus
eram, & vera dote spoliatus.
10. In tantum t. quod creditor prior, cui omnia
bona præsentia, & futura sunt obligata præfertur
secundo etiam in bonis post obligationem quæsi-
tis à debitore, vt tradit Bart. in l. si is, qui n. 2. ff.
de iure fisci, & in l. fin. in princ. ff. qui potior. in pig-
nore, t. & hanc esse communem opinionem contra Salicetum, qui in bonis quæsitis post secun-
dam obligationem priorem, & posteriorem con-
currete tenebat, resoluunt Turzanus ad commu-
nes opiniones, tit. C. de pignoribus, num. 56. las. cons.
6. ver. tertio adest, vol. 3. Cæphal. cons. 147. nu. 14.
tom. 2. Negusantius de pignoribus, membr. 2. par. 5.
principali, num. 4. & 39. qui ad contraria Salic.
respondet t. cuius est ratio, quod vna, & eadē res
non debet diuerso iure cenleri, l. eum qui ædes, ff.
de usucaptionibus, cap. cum in tua de decimis, Me-
noch. l. b. 1. de arbitr. iudic. q. 37. num. 7. ideo nec
ista obligatio præsentium, & futurorum est di-
uerso irre centenda, vt post alios ponderat Re-
buff. d. glo. 8. num. 14. qui num. seq. ampliat hoc
13. t. habere locum etiam si prior creditor emerit rē
hypothecatam à debitore, nā si postea hypotheca-
ria conueniatur à secundo creditore potest eū
repellere, & retinere pro sua anteriori hypotheca,
quæ non censetur quo ad effectum sublata,
nec confusa per acquisitionem rei, l. 1. infine, C. si
antiquior creditor; Alberic. in l. 1. C. de bis, qui in
priorum creditorum locum succedunt, Bald. cons. 25.
q. 5. vol. 1. Matthæus de Afflict. decis. Neapolit.
16. incip. suis in relationibus, num. 2. Paul. Castr. in
l. debitor, ff. ad Senatusc. Trebellia. num. 1. glo. &
Doctores in l. qui à debitore, ff. quibus modis pig-
nas, vel hypotheca, & in l. libera, C. de sententij, &
interloquunt. omn. iud. & ita licet pro suo debito
anteriori, & hypotheca dicta Anna possideat domum
prædictam, non potest conueniri pro parte
dictæ Ioanne Trillano hypothecaria pro dicto po-
steriori anno censu, nec redditibus eius.
14. Confirmantur prædicta, t. quia primus credi-
tor præfertur in pignore secundo, tam in gene-
rali, quam in speciali hypothecata, l. si fundum, l. si
generaliter, C. qui potiores in pignore, l. qui generaliter, l. si pignus, ff. cod. z. t. l. vnica, C. rem alienam ge-
- rentibus, quæ vult etiam priorem tacitam poste-
riori expressè præferri, Bart. in d. l. si is, qui num. 1.
Platea in l. 1. C. pœnis, si calibus creditores præferri,
num. 4. Feliciano lib. 3. de sensibus, cap. vlt. nu. 11.
Gregor. Lopez in l. 27. tit. 13. par. 5. glo. 1. Roma-
nus cons. 240. dubio 2. Vecinus ad actas commu-
nes opiniones, C. de pignor. n. 35. & hinc est, t. quod 15
si prior creditor haberet generalem hypotheca
super omnibus bonis creditoris, & posterior su-
per vna domo, (vt in noltro casu) in eadem do-
mo prior præfertur tatione hypothecæ genera-
lis, quamvis ex cæteris bonis pecuniam tibi de-
bitam redimere posset, l. 2. ff. qui potiores in pigno-
re habeantur, l. si generaliter, vbi Doctores, C. illo
titulo, Rebuff. glo. 8. num. 13. Conanus lib. 4. com-
mentariorum iuris, cap. 17. vers. sed verisimile, t. na-
ius ex prima obligatione priori acquisitum sine 16
suo facto à se auelli non potest, l. id quod nostrū, ff.
de regul. iur. l. fin. ff. de paet. l. si cum Hermes, C. loca-
ti, l. nouatione, C. de fidei, ff. Roland. a Valle consil.
10. num. 38. vol. 3.
- Vlterius, quia non est considerabile dicere,
quòd in scriptura centus transtulit dictus Ioan-
nes Castellano dominium directum in Ioannem
Trillano dominus prædictæ, & se constituit eius
nomine possidere, t. quia in tacita hypotheca 17
præfertur is, cui res fuit hypothecata, las. in l. quo-
ties, num. 11. C. de rei vendicarione, & in l. traditio-
nibus, num. 7. C. de paetis, eo t. quod cum sola co-
uentione sine traditione transferatur ius in pig-
nore, & hypotheca, l. 1. ff. de pignor. actione, ideo
ille præfertur, cui res fuit hypothecata prius, nō
bui prius tradita, d. cap. qui prior de regulis iuris
in sexto, l. potior, & l. qui balneum, ff. qui potior in
pignor. text. clarus in l. si prior eod. tit. l. 14. vbi Gre-
gor. Lopez glo. 5. tit. 13. par. 5. t. imo hypotheca 19
ria agere potest anterior creditor contraria aiiū
posteriorem creditorem, cui res in solutum data
fuit, quia res trâsluit cum suo onere hypothecæ,
l. distractis, & l. pignoris, C. de pignoribus, Alex.
cons. 106. incip. vissis, num. 12. vol. 5. & facit lex si
non expediatur, §. 1. ff. de bonis author. iudic. po. sid.
& quæ tradunt Cæphal. cons. 86. à num. 4. vol. 1.
Ioseph. Ludou. decisi. Perusina 45. num. 4. Ant.
Capic. decis. 78. Feliciano lib. 3. de sensibus, cap. 1.
num. 17. & Couar. in pract. cap. 29. de debitore sol-
uente pecuniam in præiudicium prioris creditoris hy-
pothecary.
- Neque obstabit dicere, quòd ante aduentum
diei reddenda rationis dictæ tutelæ iam habebat
Ioannes Trillano domum hypothecatam, quia
non solutionis, t. sed obligationis tempus est in-
spiciendum, l. 1. l. qui balneum in princ. p. ff. qui po-
tiores in pignore habeantur, vbi text. ait: Licet enim
eo tempore homo pignori datus esset, quo nondū quic-
quam pro conductione deberet priorem eius causam
habendam, vt tenent Bart. & communiter Docto-
res, ibi, Gomez de Leon allegat. 36. nu. 1. & seqq.
& allegat. 85. num. 3. l. 17. tit. 12. par. 5. idque co-
firmat, t. quod creditor sub conditione, & ad diē
præfertur ei, cui postea purè debetur, vel res fue-
rit tradita, vt ex d. l. 1. & alijs iuribus superius al-
legatis tenent Cyn. lo. Fabcr. Salic. Paul. & om-
nes,

nes, in dicta l. quoties, vbi Ias. num. 11. & 12. C. de rei vendicat. dicentes hanc esse communem opinionem, & limitationem ad text. & materiam dictae legis, vt in d.l. qui balneum, §. amplius, idq; probat, l. potior ff. qui potior. in pignor. habeat. Negusant. tract. de pignoribus l. membr. s. par. principali, num. 24. Tiraq. de retract. conuent. §. 3. glos. 1. num. 4. & 5. Socin. regul. 118 fallent, 3. Ant. Gabriel lib. 3. conclusion. concl. 2. de empt. & vendit. n. 29. Roderic. Suarez in l. po. i rem iudicata, in declarationi l. Regni, limitat. 7. num. 4. Greg. Lopez in l. 32. t. t. 13. par. 5. glos. verbo la condicione, Feli-
ciano supra d. cap. 5. num. 19. † quia die conuen-
tionis adveniente retrotrahitur obligatio, vt in
dictis iuribus, Bart. in l. ita stipulatus la 6 ff. de ver-
bor. obligat. vbi Ias. num. 5. idem Bart. in l. si is, qui
pro emptore, n. 46. & seq. ff. de v/ucap. pro emptore,
Gomez de Leon, vbi proxime, num. 5.

Neque obstat dicere, quod ista hypotheca
censualis est expressa, minoris autem ratione tu-
telæ tacita, & expressam hypothecam habente in
præferri habenti tacitam, vt post Alex. conf. 184.
in fin. vol. 6. glos. in §. saerat, instituta de action. tra-
dit Roland. a Valle conf. 25. primo quidem, n. 36. &
seq. vol. 4. † quia non procedit quando hypotheca
tacita esset anterior, quia hypotheca prior pre-
sentium, & futurorum bonorum tacita, vel ex-
pressa, potior atque dignior habetur, quam poste-
rior etiam fisci, tum tacita, tum expressa, vt cen-
tent Accurs. Dyn. Alber. & Bart. n. 1. in l. si is qui,
ff. de iure fisci, Alex. conf. 58. incip. in causa mota, nu-
m. 5. vol. 7. & ex l. 1. secundo responso, C. rem aliam ge-
rentibus, tradit Dyn. in dicta regula, qui prior, n. 15.
Couarr. lib. 1. variarum, cap. 7. n. 1. conclus. 4. Mo-
lina de iustitia, tom. 2. d. putat 438. ver. dubitatur,
Ripa in l. priuilegia, nu. 5. ampliat. 1. ff. de priuileg.
creditor. Matienzo in l. 7. tit. 16. lib. 5. nouæ compi-
lationis, glo. 5. n. 10. Felician. vbi proximè, n. 8. l. si
pignus, & l. fin. vbi Bart. ff. qui potiores in pignore,
l. si fundum, vbi glos. C. eod. t. t. & in l. 3. C. de re-
mission. pignor. vbi ius priuati non læditur per obli-
gationem fisco postea quæsitam, Rebuff. dicta
glos. 8. n. 11. [Muta dec. 93. n. 9.] Maximè quia
hic dictus Ioannes Castellano obligauerat omnia
bona sua dicto Nicolao pro administratione eius
tutelæ, & dicto Marco pro indemnitate fideiuf-
fisionis, idque verbis multum expressis, ex quorū
viabilque dubio est certa proxima resolutio, vti
constat ex l. 33. tit. 13. par. 5. vers. fueras ende, cef-
satque dubium, quod colligitur ex Gregor. vbi
glos. 3. & 4. nec interest utrum creditores expres-
sam habeat, an tacitam hypothecam, etenim par-
est expensi, & taciti ratio, l. cum quid. ff. si cert. pet.
Ant. Costan. tract. de dotibus, cap. 7. num. 5.

Ex quo patet, quod dicta Anna de Torres le-
gitimo iure virtute chartæ de lasto, & cessionis
libi factæ pro parte d. Qti minoris eius profœqua
est ius vique ad apprehensionem possessionis di-
cta domus, quia dicta Anna est hæres Marci Ca-
stellano coniugis, idèo sua obligatio non fuit ex
eo mutata, † nam quale ius est authoris, talis est
successoris eius, l. in his, §. non debeo, ff. de regul. iur.
Bald. in l. vbi adhuc, n. 47. C. de iure dotum, † quia

ex persona successoris non mutatur conditio obli-
gationis, l. 2. §. ex bis, ff. de verbis: obligat Bald. in l.
2. n. 3. C. de hæredit. actionib. Hieronym. a Lauren-
tijs decis. Rotæ Auenionensis 72. num. 1.

Et quia † creditor non solum cogitur cedere 26
mandatori, & fideiustori actionem contra fide-
iustorem, & mandatorem alium per oppositio-
nē exceptionis cedendarum actionum, l. fideiussor.
ribus, ff. de fideiussor. l. mandati, & l. cum alter, C. desi-
des: ussor. Parlador. lib. 1. rerum quot. cap. 3. num. 30.
sed etiam aduersus principalem, l. 2. l. cum bis so-
lis, ff. de fideiussor. l. si quis alicui, §. fin. ff. mandat. l.
Stychem, §. penult. ff. de solution. Ioannes à Grassis
tract. de cessione actionis, §. 6. num. 5. Iacobus de
Arena eodem tract. rubr. 6. num. 70. l. 2. C. de fide-
iussoribus, l. 11. & 12. par. 5. vbi Gregor. Lopez
late Dueñ. regula 337. lo. Gutier. allegat. 4. nu. 3.
† & cessione facta, potest eius prosequi ius, quia 27
cessionarius est propriè creditor, vt post Roman.
cons. 142. & Doctores in l. ff. si cert. petat. & alios
tradit decy. Genua 104. num. 11. † quia creditor 28
dicitur, cui aliquid est soluendū, l. creditores, ff. de
verbis, signif. vbi Rebuff. ver. item, & vers. cate-
rum. Brecheus num. 4. l. 4. ff. de separat. Brisonius
de verbis signific. lib. 3. verb. creditum, vers. hinc cre-
ditorum, Prateius de verbis iuris verbo creditores,
d. l. 1. Azeued. in l. 10. t. t. 6. lib. 3. Recopilationis, n.
5. quia † per cessionem actionis transfertur actio 29
in cessionarium, l. fin. C. mandati, l. si mulier. §. ex
asse, ff. ac iure dotum, Jacob. de Arena d. tract.
rubr. 2. num. 4. † & quoties creditor ius agen-
di competit, similiter, & cessionario, l. per diuer-
sas in fine, C. mandati, Bald. in l. cum miles 12. num.
1. ff. de alienatione iudicij mutand. caus. facta,
Bald. in l. ab Anasias, rotab. 3. C. mandati, Ro-
deric. Suarez in l. post rem indicatam extens. 7.
Paz in praxi tom. 1. par. 4. cap. 1. num. 33. † & quia
ius executuum potest cedi, l. in hoc iudicio, vbi 31
Alberic. & Florian ff. communi dividendo, Ioann.
Vincent. de Anna alleg. 129. num. 4. & 5. vbi ait
cessit actione esse celsum ius executuum, l. 1. C.
de contra iudicio tute. Aret. in l. 1. num. 22. ff. si cert.
petat. † in tatum, quod in casibus, in quibus cre-
ditori competit via executiva ei, cui iura sunt
cessit competit, vt post Paul. Castr. nu. 6. & Alex.
40 in l. potulante, ff. ad Trebellian. tradunt Par-
lador. lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin 3. par. §.
4. num. 5. additio ad Speculat. lib. 2. tit. de cessione
actionis, † quia transit in cessionarium cum suo
priuilegio conharente personæ, vt tradit Rebuff. 33
tom. 1. ad constitut. Gallia, tract. de literis obliga-
torijs, art. 3. glos. 2. num. 17. Paz vbi proximè, num.
32. & 34. Cauentis ritu 286. Mag. Cur. Neapolis,
nu. 6. [Gait. de credito. cap. 4. quæsito 11. n. 1846.]
quia † cessionarius succedit in omne ius, & lo-
cum cedentis, & dicitur Procurator in rem suam,
l. emptor, vbi Bald. C. de hæreditate, vel afftione ven-
dita, Marc. Aut. Eugen. conf. 63. num. 6. & 7. vol.
1. & facit l. seruo, §. fin. ff. ad Trebellian. Angel. in l.
ille à quo, §. utrum, eodem titulo, maximè quando
apposita est, vti in nostro instrumento cessionis
clausula illa, quod dictus Nicolaus, & Bernardi-
nus cedentes ponunt cessionarium in locu suum,
quia

quia tūc per omnia instar cedentis reducitur, re-
sīe Bart. in l. in Prouinciali, ff. de noui oper. nunciat.
Riminald. post alios confit. 9. num. 13. lib. 1. Iosep.
Ludouic. conclus. unica de cessionario, & cessione,
35 declarat. 9. & ita cessionarius si sit fideiussor
pro principali soluens, habet actionem contra ip-
sum, non solum ad pecuniam consequendam,
sed etiam ad prosequendum pignora, & bona
pro ipso debito creditor obligata, l. 2. C. manda-
ti, ibi: Qua non solum pecuniam, sed etiam pignora
in obligationem deducta potes consequi, iuxta ter-
tium intellectum glof. ibi verbo pignora, Bald. Sa-
lic. & alij communiter ibi facit text. in l. 3. C. de
fideiussor. vbi cogitur creditor cedere fideiussori
soluenti actionem, tam hypothecariam, quā per-
sonalem, Gomez de Leon dicta allegat. 85. nu. 1.
36 & quia hypothecaria actio est accessoria ad perio-
nalem, ut tenet Cyn. in l. edita actio, num. 22. C. de
edendo, post Iacobum, & Petrum de Bellapertica,
quos sequitur Ioannes Faber in §. item seruiana,
num. 33. lat. 105. instituta de actionibus, & ex l. ne-
mo, ex his, §. quoties, vbi Bologninus interpretat. 2.
ff. de regulis iuris, alij adducti per Boer. decis. 334.
num. 1.

37 Pro quo facit, & quod cessione de dote per
mulierem facta simpliciter in alicuius fauorem
transfertur hypotheca, tanquam pedissequa do-
tal is actionis, & si de hypotheca nihil dictum in
cessione fuerit, l. emptor nominis, & l. vēditor actio-
nis, ff. de bāredit. vel actione vendita, Bald. in l. 1. n.
6. verf. querunt Dottores de pulcherrima queſtio-
ne, C. de priuileg. dotis, Alex. in l. si vero, num. 1.
ff. solut. matrim. Negusantius in tract. de pignori-
bus, 2. par. membr. 4. num. 33. Boer. decis. 335. nu.
vii. quem sequitur Villalobos inter communes
38 opiniones, tit. C. de pignoribus, num. 83. & ita eū,
cui iura sunt concessa simpliciter posse prosequi
pignora, vel hypothecas, etiam contra fideiussor-
em agere, ex l. hoc à creditore, l. si solutum, C. de
actionibus, & obligationibus, tradit Azo in summa,
C. de bāreditate, vel actione verdita in fine,
Iacobus de Arena tract. de cessione actionis, rubr.
5. num. 67.

39 Facit & quia quando mulier de necessitate ce-
dit actionem de dote alteri, transit in cessionariū
cum priuilegiis suis, Petrus, & Cynus in l. 1. C. de
priuileg. dotis, quorum authoritate, & l. fin. C. de
priuilegiis sifci, ita tenet Bart. in l. post dotem 41. n.
35 ff. soluto matrimonio, & in priuilegio tacitly hy-
potheca, hoc expreſſe tenet Bald. in d. l. 1. num.
6. & 7. ad quem se remittit Gregor. Lopez in l.
33. tit. 13. par. 5. glof. 6. Parisius conf. 64. num. 7. &
15. lib. 4. Afflīct. decis. 91. Thob. Nonius conf. 85.
num. 1.

40 Cuius ratio est, & quia cessionarius subrogatur
in locum cedentis, vnde non mirum si eius natu-
ra sapiat, ex vulgari regula l. si cum, §. qui iniuria-
rū, ff. si quis cauio, Roland. à Valle conf. 54. doleo, n.
5. limitat. 3. cap. Ecclesi. ut lite pendente, Tiraq. de
retractu lignagier, §. 1. glof. 10. n. 82. & ita non est
dubium actionem hypothecariam dictæ tutelæ
transiſſe in dictam Annam de Torres cessiona-
riam, cum priuilegijs cedenti competentibus.

Vnde & succedit certissima ad nostrum casum 41
resolutio, quod venit præferenda dicto anno
censiū posita super domum imposito, quia fidei-
ussor ex anteriori agens hypotheca, alteri pos-
teriori præfertur, & si antequam fideiussori cede-
retur secundus acceperit hypothecar ius, l. Lus. as
Titius, ff. qui potior in pignor. habeant. in hac ver-
ba: Respondi Lucium Titum in omne, quod ei debe-
retur potiorem esse in usuris, etiam quæ post secundum
creditum accesserūt, vbi Bart. l. cred. tor. 9. si primus,
eodem titulo, Gomez de Leon dicta allegat. 85. n.
6. Iacobus de Arena, & Bart. in l. si cum dotem, §.
sinautem, ff. soluto matrimonio, Ripa in l. priuilegia,
ampliat. 8. ff. de priuileg. creditor, post Decium in l.
pecuniam, notab. 1. ff. si certum petatur, Tiraq. in l. ff.
unquam verbo revertatur, num. 273. C. de revocāti-
donat. Cæſar Vrſill. in adait. ad Afflīct. decis. 162.
circafinem, Vincent. de Franch. decis. 613. nu. 2. &
tribus seqq. Felician. lib. 3. de censibus, cap. 5. nu. 20.
eam assignans rationem, & quod quemadmodū 42
fideiussor à principio creditori tacite obligatus
est, sub ea conditione si principalis non soluerit,
authent. præsentē, C. de fideiussor. ita principalis de-
bitor ipsi fideiussori est obligatus sub condicione
si soluerit pro eo, l. pro ea, C. mandati, & ita fidei-
ussor respectu debitoris est creditor conditiona-
lis, conditione casuali pendente à casu, quo prin-
cipalis non soluerit, maxime quando adest, (vt
in nostro casu) scriptura indenitatis, & ita si sol-
uerit retrorahitur obligatio in fauorem eius,
iuxta supra adducta, & ita fideiussor licet solu-
tione posterior debet præferri ceteris creditorib-
us, etiam hypothecarijs quando cedens, quita-
citam hypothecam habebat illi cessit, vt ele-
ganter tradit Ripa in l. si ventri, §. coruus ratio, n. 8.
ff. de priuilegijs creditorum, l. mandati actio, C. de fidei-
ussor. vbi prob. l. ur, quod licet fideiussor non
habeat actionem hypothecariam, quam habet
principalis creditor, si tamen ei cessa fuerit per eū
benē potest eam intentare contra rerum posses-
sores, & in expreſſo, quod succedens in hypo-
theca in locum prītai sit potior secundo, probat
text. in l. si prior, §. à Tito, ff. qui potiores in pignore
habeant. quibus, & alijs fundamentis hanc ap-
probavit resolutionem, lo. Gutier. allegat. 4. num.
4. cum & fideiussor soluendo debet extrahi, in 44
demais à principali, l. 2. C. mandati, Ioan. Vincēt.
de Anna allegat. 40. num. 16. & tribus seqq. & nu.
15. & alijs, Feliciano vbi proximē, & ita censeo
iuri consonum dictam Annam de Torres ratio-
ne possessionis dictæ domus non esse astrictam,
nec aliquam habere obligationem ad principale,
nec redditus dicti anni celsus posterioris. Salua,
&c. Conchæ Kal. Octobris anno 1601.

SVM MARIVM.

- 1 Obligatus præsentare aliquem an pos sit purgare moram.
- 2 Legi sancimus, C. de fideiussoribus potest renun-
tiari.
- 3 Fauori suo quilibet renuntiari valet.
- 4 Regressus non datur ad renunciata.

5 Dies

- 5 Dies certa interpellat pro homine.
 6 Dies ab homine apposita etiam interpellat.
 7 Mora an sit purganda usque ad litis contestationem.
 8 Litis contestatio habet vim interpellationis.
 9 Mora quando est germinata non admittitur mora purgatio.
 10 Geminatio semper solet plus operari.
 11 Mora non purgatur quando est dies certus, & pena.
 12 Pœna eius, quod intereß quare apponatur.
 13 Pœna semel incursa virtute fideiussionis durat triennio sicut instantia.
 14 Fideiussio de aliquo representando in iuditio, quo tempore duret.
 15 Fideiussor quise obligauit aliquem certo tempore presentare, an eo mortuo liberetur.
 16 Fideiussio de iudicio sisti non habet executionem paratam, sed ordinaria actione agendum est.
 17 Promittens hominem in iuditio sistere censetur facturum, & curaturum, ut stet prœnijsisse.
 18 Promittens hominem sistere in iuditio, ut consti-tuantur in mora interpellari debet.
 19 Canonicus absens de licentia Episcopi ad certum tempus debet eo elapso interpellari.
 20 Obligatus aliquem defendere sub pœna intelligi-tur si fuerit interpellatus.
 21 Interpellatione cessante non habet locum pœna imposita ratione moræ.
 22 Promittens aliquem certo tempore presentare, non incurrit pœnam eo elapso, nisi præcedat monitio.
 23 Mora non committitur ante interpellationem regulariter.
 24 Interpellatione non facta, non dicitur stare per aliquem, quo minus faciat.
 25 Promissio de presentando, habet tacitam conditionem, si & quando iussus fuerit.
 26 Operarum dies non cedit antequam fuerint indi-ctæ.
 27 Intellectus l. fin. C. ut intra certum tempus cri-minalis quaestio.
 28 Pœna Iudici imposta faciendi aliquid intra cer-tum tempus intelligitur si sit requisitus.
 29 Contumaces non sunt audiendi nisi refectis ex-pensis.
 30 Expenses debent peti, ut condemnatio sequatur.
 31 Sententia si ferenda sit de consilio sapientis intel-ligitur si ab aliqua partium petatur.
 32 Præsentandus si moriatur absque culpa cessat promissio de presentando.
 33 Obligatus aliud sistere, vel iudicatum soluere mor-te eius, pro quo fideiussit ab utroque liberatur.
 34 Factum personæ cohærens non transit contra hæredem.
 35 Obligatus aliquem representare intelligitur eo manente in eodem statu.
 36 Promissorum obseruancia cessat, mutata condi-tione personarum, aut negotiorum.
 37 Impedimentum superueniens excusat à promis-sorum obligatione, & num. 38.
 39 Promissio quilibet, intelligitur rebus sic stan-tibus.
 40 Iurata promissio intelligitur, rebus sicstantibus.
- 41 Difficultas, aut impossibilitas si superueniant impediunt pœnam committi.
 42 Emphyteuta, qui canone non soluit propter paupertatem non cadit à iure suo.
 43 Difficultas in promissionibus facti moram im-pedit.
 44 Difficilis est facere, quam dare.
 45 Pœna cessat semper, ubi mora excusat.
 46 Dies appositus si sit causa finienda obligationis, fideiussores ope exceptionis liberantur.
 47 Fideiussor, qui non renuntiavit beneficio excus-sionis, potest eo se iuuare.
 48 Fideiussor de presentando conuentus pro interes-se excusione in opposit.
 49 Renunciatio facta ex usu tabellionum non nocet.
 50 Experientia est rerum magistra.
 51 Quæ sunt ex solo Notariorum styllo non nocent.
 52 Promissio præsentandi aliquem intra certum dæ adhuc interpellationem requirit.
 53 Tempus appositum cause finienda obligationis, nec interpellat, nec constituit in mora.
 54 Moræ purgatio admittitur in præparatorijs iu-ditorum.
 55 Mitius agitur cum illo, qui vitio alieno laborat, quam qui suo.
 56 Intellectus legis magnam, C. de contrabenda, & comittenda stipulatione.
 57 Pœna incurso ob non præsentationem alicuius intra certum tempus præscribitur anno de ture Regio.

ARGUMENTVM.

¶ Obligatus aliquem præsentare in carceri-bus, an possit moram purgare, & an debeat interpellari, vel ex cusestur morte superueniente, vel impedimento, & quanto tempore pœna commissa præscribatur.

De materia huius cons. T hoto voto 62. maximè, num. 8. 23. & 32.

CONSILIVM XVI.



V M ageretur pro parte Ma-ria Daluiz contra Petru Fer-nandez Gayolo, ratione certe pecuniarum quantitatis ei ad mercaturam exercendā tradi-ta, & ipse esset carceri manci-patus petiit coram D. Licens-to Armas Prætore Conchen-si, ut dignaretur eum à carceribus relaxare sub fi-deiussione de se præsentando, quæ vulgo dicitur de la Haz, & à Iudice pronuntiatum fuit, quod data fideiussione huiusmodi ad satisfactionem cuiusvis tabellionis Cochensis numerarij relaxa-retur à carceribus per 30. dierum spatium, in cuius implementum fideiussores extiterunt Baltha-sar Gonçalez, & Ferdinandus Vela Ciues Con-chenses, qui publico instrumento se obligarunt dictum Petrum Fernandez intra dictum tempus in carcerem ponere, aut iudicatis, & sententiatis sepa-

separituros prædictum tempus 30. dierum impletum fuit, & quia non requirebatur, aut interpellabantur à dicta Maria Daluiz, aut alio eius nomine super dicto Petro in carcerem reponendo eum non posuerunt, qui aliquibus transactis diebus mortuis est, modo autē 20. ab eius morte transactis mensibus contra eos ob dictum Petrum non presentatum prætenditur cautæ, & litis interesse, queritur quid iuris, an hi sint liberi, ab aliqua poena, & interesse, quod videtur, (vt nostro tamen more solito procedamus) pro parte contraria, & sic, quod poenam incurserint videtur facere, quod sibi non presentarunt dictum Petrum Fernandez intra 30. dies, vt se obligarūt,
 1 & ita, t̄ quod licet possent eum intra simile tempus præsentando purgare moram, & se à poena liberare, vt in l. sancimus, tunc̄ta glof. C. de fideiussoribus, l. 17. & seq. tit. 12. par. 5. Bart. in l. si insulam 84. num. 11. & 25. ff. de verbor. obligat. Doctor Molina concius noster, tom. 2. de iustitia, disputat. 547. vers. quando aliquis, decis. Pedemont. 49. num. 12. t̄ sed promisiores, seu fideiussores prædicti renuntiarunt, d. l. sancimus beneficio, cuius renuntiatio est valida si expressè fiat, Bart. num. 5. in l. si quis reū, ff. de custod. & exhibit. reor. Bald. num. vlt. in l. si pacto, quo poenam, C. de pactis, Iul. Clar. lib. 5. sentent. § fin. q. 46. n. 23. & ex l. si quis in conscribendo, C. de pactis, l. quod fauore, C. de legibus, tradit Molina ubi proximè, vers. Iulius, quia est in fauore fideiussoris dictæ legis beneficium,
 3 unde succedit regula, t̄ quod fauori suo quilibet renuntiare potest, cap. ad Apostolicam de regularibus, Alex. cons. 116. viso, & examinato, nu. 2. lib. 5.
 4 Abb. in cap. fin. nu. n. 6. de ferijs, t̄ & renuntiatione semel facta nou dari ulterius ad renuntiata regressum, l. queritur, §. si vindictor, ff. de edil. edicto, Socin. Iunior cons. 94. nu. 31. vol. 3. Roland. à Valle cons. 28. via transactione, nu. 41. & cons. 100. nu. 24. vol. 4. Cæphal. cons. 192. magnificus, num. 16. vol. 2. & quia cum dies esseat pro termiao limitati, non videtur necessariam fuisse interpellationem, ad hoc vt dictum Petrum in carceribus
 5 ponerent, t̄ quia dies certa interpellat pro homine, l. magnam, C. de contrabenda, & committenda stipulat. l. 2. C. de iure emphyt. cap. potuit, de locat. cap. licet canon. de electione, in sexto, Alex. cons. 99. num. 7. lib. 4. Dec. in l. vinum, nu. 10. ff. si cert. pet. l. 18. tit. 11. par. 5. l. 8. t. t. 15. ead. par. Hottoman. disputat. 9. de mora, vers. sinaut. n. sed dicti Balthasar, & Ferdinandus, labi permiserunt dictum tempus, & aliud plus, usque ad tempus, quo huiusmodi causa tractari cœpit unde videtur incidisse in poenam conuentionalem, nam resolutio, de qua proximè, procedit in obligatione etiam odiosa, t̄ in qua dies similiter, pro homine interpellat, l. pecunia, & usurarium, ubi Florianus nu. 1. ff. de usuris, l. euictis 18. cod. tit. l. promissor 21. ff. de constituta pecunia, Palacio de contractibus lib. 5.
 6 cap. 10. vers. e, t̄ tamen dubitatio, t̄ unde dictam poenam saltem usque ad litis contestationem purgare debebant, vt in d. l. si insulam, ubi Bart. Bald. Angel. Alexand. & Iaf. ff. de verbor. obligat. Boer. cons. 22. num. 2. in fine, immo videtur

duplex interpellatio, una diei, siue termini, t̄ & 8 alia litis contestationis, quæ hunc habet effectu, Rebuff. in tract. de effectibus litis contestationis, n. 26. l. 15. vbi Gregor. Lopez glo. 7. tit. 11. par. 5. l. fin. ff. de triticaria, l. 8. tit. 1. par. 5. vbi Gregor. Lopez glo. 4. t̄ Quare cum mora geminata sit, moræ 9 purgatione non admittitur, vt tradit Lart. in d. l. si insulam, q. 1. Iaf. ibi num. 8. ff. de verb. obligat. Hottomanus ubi proximè vers. atque bcc. Cæphal. cons. 25. num. 12. tom. 1. & num. 2. Marsili. cons. 2. n. 61. t̄ quia tempore plus operatur geminatio, vt tradit Felin. in cap. 1. vers. priuilegium de re scriptis. Paris. cons. 72. n. 19. lib. 3. Cæphal. cons. 152. quamuis abunde, n. 79. tom. 2. Octauian. deci. Pedemont. 58. n. 37. Roland. à Valle cons. 28. n. 42. lib. 3. Maxime t̄ quia ubi est dies certus, & poena moræ 11 purgatio non admittitur, l. trajectitia, §. 1. ff. de actionibus, & obligationibus, allegata l. magnam, C. de contrabenda, & committenda stipulatione, Bald. in l. si pacto, quo poenam, num. 8. cor. reliqua, C. de pactis, Alex. cons. 130. in causa, nu. 10. lib. 4. Boer. cons. 22. n. 4. Iaf. n. 15. Ripa 37. in d. l. si insulam, decis. Pedemont. 71. nu. 7. t̄ quippe cum poena eius, quod interest complectenai, & definiendi causa subjiciatur, l. vlt. ff. de Prætor. stipulat. unde cum poena conuicta interest statuatur, non mirum si Africanus in d. l. trajectitia scribat eum qui trajectitiam pecuniam, ad diem, non soluit, quamvis pecunia postea offerat, nihilominus poenam committere, vt tradit Hottomanus dicta disputatione de mora, vers. atque bcc.
 Rursus t̄ quia poena semel incursa virtute fideiussionis videtur durare usque ad tres annos, quibus instantia durat, l. properandum, C. de iudicis, l. 9. tit. 9. par. 6. Abb. in cap. venerabilis, a nu. 6. de iudicis, Couarr. in cap. quamvis pactum, par. 2. §. 1. nu. n. 4. de pactis, lib. 6. l. 27. tit. 4. par. 3. Paz in praxi, annot. 2. de instantia, nu. 9. Gregor. Lopez l. 19. tit. 12. par. 5. glo. 6. t̄ quo tempore 14 durare fideiussionem de aliquo in iudicio representando constat ex Picone in summa cap. de fideiussoribus, num. 12. cuius approbat opinionem d. l. 19. Molina dicta disputat. 547. vers. si aliquis in fine, quod tempus non est transactum à fideiussionis die usque ad præsens tempus, & ita videatur dictam Mariam Daluiz bene posse huiusmodi tractare causam, nec ei præiudicium generari, quod P. Fernandez mortuus fuerit, t̄ nam quando fideiussor se astrinxit sub poena certa aliquem in rra certum tempus in iudicio sistere, si transacto tempore reus moriatur, mors illa non liberat fideiussorem à poena, sed eam soluere tenetur, vt habetur in d. l. sancimus, §. penultimo, & ultimo, C. de fideiussoribus, d. l. 19. tit. 12. par. 5. vbi Gregor. Lopez glo. 1. Molina ubi proximè, vers. quando fideiussor, Doctores in d. l. si insulam, ponderando, quod beneficio d. l. sancimus de secundo termino renuntiatum appareat.

His tamen non obstantibus est sine dubio tenendum, dictos Balthasarem Gonçalez, & Ferdinandum Vela absoluendos posito, vt pars utraque futetur eos non fuisse interpellatos pro parte dictæ Mariæ Daluiz, vt Petrum Fernandez in carcerem

- cerem ponenter, & vt constet illud verum præmittendum duxi, quod male pars aduersa contra eos viam executuam pro interesse intentauit,
- 16 quia certissimum est, † quod contra fideiussore de iudicio siti non debet executuè procedi, nec talis fideiussio paratam habet executionem, sed procedendum est per viam actionis intentatae, quando ad interesse agitur, l. fideiussor, §. in fideiussorem, vbi Iacobinus num. 1. ff. qui satis dare cogantur.
- Rursus ad hoc, vt contra dictos fideiussores agi posset, probari debebat ex aduerso eos fuisse requisitos, vt Petrum in carceribus ponerent, quod defecit, ideo in mora non fuerunt, † quia ultra quod promittens hominem in iudicio sistere (& sic in carcerem ponere) promittere videtur se facturum, & curaturum, vt stet l. quoties 81. in fine principij, ff. de verbis obligat. Bart. in l. ita stipulatus 115. n. 52. vers. si vero quis, eodem titulo, † sed quando quis promittit hominem sistere in iudicio debet interpellari, vt in mora constituantur, l. & si post tres, iuncta glos. fin. ff. si quis cautionibus, & notatur in l. si decesserit, ff. qui satis dar cogant. Alex. cons. 117. statibus veris, n. 1. vol. 3. Iaf. in l. uniuersa, num. 4. C. de precibus Imperatori offerendis, dicens, quod si promittat quis aliquem in iudicio intra octauum diem præsentare intelligitur, si promittens fuerit requisitus, vt præsenteret, Felin. in cap. si autem, n. 4. vers. quas limita, de re scriptis, Octavianus decis. Pedemont. 49. num. 2. † Pro cuius confirmatione facit glos. verbo Canonicus, in cap. quoniam frequenter, §. porro, vt lite non contestata, vbi Canonicus absens ad certum tempus de licentia Episcopi, si non redeat statuto tempore, non constituitur in mora, nisi fuerit interpellatus, ex cap. inter, & cap. vlt. de clericis non residentibus, cap. peruenit 2. de appellationib. de quo docte Gregor. Lopez in l. 16. tit. 16. par. 1. glos. 2. maximè post medium, & obligatus ad aliquem defendendum, † etiam sub poena intelligitur si fuerit interpellatus, nec sufficit, quod sciat, vt post Paulum de Castro à se allegatum, tradit Iaf. in dict. l. uniuersa, num. 4. vers. undevico; † nam cessante interpellatione non debet habere locum poena imposita, ratione morte, l. qui Rome, §. Sezia, ff. de verbis obligat. l. si pro te, C. de usuris, cap. ex literis de constitutionibus, Alex. d. cons. 117. n. 1. vol. 3. dec. Genua 163. n. 6. & ita Boſsius in præxi, tit. de carcero fideiuss. num. 61. ait, † quod si quis promittat certo tempore aliquem præsentare, non incurrit poenam eo elapso, nisi præcedat monitio, l. si poena, ff. quando dies legati cedat, Bart. in l. si ita stipulatus la magna, opposit. 6. ff. de verbis obligat. Cum in ritus magnæ Curia Vicaria Siciliae, cap. 65. n. 29. eo † quod ante interpellationem regulariter quis non constituitur in mora, Bart. cons. 230. Domine Iacobe, n. 1. vol. 1. ex l. 3. §. si quis heredi, ff. de statu liberis, Dec. in l. vinum 22. n. 10. ff. si cert. pet. dec. Genua 68. n. 1. Donat. à Fina inter communis Doctorum opiniones, lib. 4. tit. 22. C. de usuris, & mora, n. 48. † quia nisi quis interpelletur, non dicitur per eum stare, quo minus faciat, vt notat Oldrad. cons. 242. tota præens Tom. 1.
- questio, vers. tertio obicitur, allegans bonum text. in l. 1. §. non exigit Praetor, ff. ut in possit. legat. De cius in l. quod te mibi, n. 4. ff. si cert. pet. dicens ita se consuluisse, vt appareat cons. 2. incip. & pro tenui, n. 7. tom. 1. Martianeius cons. 103. pro resolutione, num. 13. lib. 1. quare in nostro casu dicti Baltasar, & Ferdinandus non interpellati, non fuerunt in iuora constituti, nec poenam in fideiussione comprehensam incurruant, confirmantque plura tradita per Felin. in dict. cap. si autem, nu. 4. & seq. de reſcr. ptis, & per Iaf. d. n. 4. Matienço in l. 10. tit. 16. lib. 5. Recop. glos. 2.
- Et partem istam tamquam veram approbat Pau- lius de Castro cons. 100. incip. quod dictus Ioannes Paulus, num. 1. vol. 2. quem sequitur Dec. cons. 2. nu. 3. post medium, vers. & in fortiori casu, Iaf. in l. uniuersa, n. 4. verj. decimo facit, C. de precibus Imperatori offerendis, & in l. si ex legati causa, nu. 14. vers. ultimo limita, ff. de verbis obligat. Roland. à Valle cons. 58. num. 14. lib. 1. Rota Romana decis. 11. n. 4. & 5. par. 2. divers. sacri palatij, Boer. d. cōf. 22. n. 6. Hippolyt. de Marsili. in tract. de fideiussori bus, num. 144. quorum ea sunt fundamenta præcipua, † quod præmissio de præsentando videatur habere conditionem istam sub intellecta, scilicet si & quando præsentare fuerit iustus, & ex tunct, & non ante incipiat currere terminus dierū l. si decesserit, ibi: Non debet Praetor iubere exhiberi eum, ff. qui satis dare cogantur, quia videtur absurdum, quod debuerint præsentare non requisiti, cum personæ præsentatio fieri soleat ad aliquid in iudicio explicandum per partem, & sic antequam requirantur iuste ignorant, an præsentatio sit accepta parti, sicut appareret in operibus officialibus a liberto debitum, quia † dies earum non cedit antequam fuerint in dicta l. si quis bat, §. iudicium in fin. ff. de oper. liber. id est antequam fuerint à Patrono petitæ, quoniam cum concernant patroni personam, absurdum esset dicere, quod aliquis faciat seruitum personæ meæ antequam velim, vt tradit Bartol. in l. si non sortem, §. liber tus, n. 25. ff. de condic. indeb. ex l. cum patronus in princ. & l. opera in rerum, ff. de oper. libert. qui tex tus optimè id probant, & sequuntur Paulus, & Hippolytus vbi proxinè, & ita videtur in præsentatione personæ in carcerem ponendæ, vt antequam fuerit petitum ad præsentandum minimè fideiussores arctentur, & confirmatur aliquibus similibus iuris decisionibus, primo † ex l. fin. C. 27. vt intra certum tempus criminal. quest. vent. illetur, seu terminetur, vbi habetur, quod criminalis causa, de qua coram iudice fuerat tractatum, debet finiri, & terminari infra duos annos, alias iudex incidat in poenam ibi positam, & tamen text. ait, hoc debere intelligi, ita demum si à parte peta tur, Ant. de Butr. n. 11. Abb. n. 19. in cap. venerabilis 20. de iud. vbi additio ex l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto, Iaf. in l. uniuersa, num. 4. vers. septimo, C. de precibus Imperatori offerendis, Ant. Gom. tom. 3. var. cap. 9. num. 9. † qui ex eo 28 eam colligit regulam, quod quando iudici poena imponitur, si aliquid non fecerit intra certum tempus, debet intelligi, si fuerit monitus, & re-

- quisitus à parte, & ita Doctores communiter notant, & comprobant similis text. in l. properandum, §. s. in autem utraque, C. de iudicij, authent. hoc amplius, C. de fideicommissi l. debitoribus, ff. de re iudic. Abb. in cap. finem litibus, num. 34. de dolo, & contumacia, Alex. in dict. l. properandum in princip. n. 8. Felin. in cap. si autem, num. 4. de rescriptis, Hippol. 29 ubi supra, num. 145. t. & cum ludices non debeat contumaces in iudicio admittere, nisi prius satisfecerint de expensis, alias teneantur de suo satisfacere, hoc intelligitur si ab eis sit petitum à parte, non alias, l. sancimus, C. de iudicij, glos. verbo expensis, in cap. fin. de rescriptis, quain sequitur Ant. de Butr. d. rum. 11. cuius glossæ aut horitate 30 Innocet. & Anton. ibi tenent, t. quod ita demum Index partem vietam tenetur in expensis condonare si sint petitæ, vt post Bart. tradit Alex. in d. properandum, §. s. in autem alterutra, n. 31. Bart. & DD. in dict. l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de danno infecto, Abb. n. 10. in cap. significauerunt 11. de exception. & in cap. auditis 8. nu. 11. de Procuratorib. Bart. in l. non quicquid, ff. de iudicij, Ant. de Butr. in cap. finem litibus, nu. 26. de dolo, & contumacia, Felin. d. n. 4. Iaf. in l. vniuersa, nu. 9. vers. 5. qui alia similia adducunt, & faciunt, text. in cap. 1. ibi: Si fuerit requisitus, de sentent. excommunication. in 6. cap. 1. ad finem, ibi: Sepultorum corpora si petantur, de sepulturis, eodem libro, & glos. in cap. cupientes, §. 1. verbo contingentibus, de electione in sexto, cap. cum personæ, §. 1. ibi: A locorum ordinariis requisiti, de priuilegijs in sexto. t. Rursusque facit, quod si statuto caueatur, quod sententia absque sapientis consilio ferri nequeat, alias non valeat, id intelligendum est, si ab utraque, vel altera partium petatur, nam si non petitur, valebit sententia etiā sine consilio sapientis lata, Alexad. conf. 122. viso processu, n. 14. vol. 2. ex dict. l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de danno infecto, [Noguerol. alleg. 17. nu. 20.] Hippol. d. tract. de fideiuss. nu. 146. qui tribus seqq. alijs similibus confirmat, ex quibus cōcludit num. 149. quod talis fideiussor, qui promisit præsentare aliquem iudici infra mensim sub pena, non incidat in poenam si eum non præsentauit, quia non fuit à iudice requisitus, & si non obest, quod de die, & poena simul positis in contrarium supra obiecimus.
- Neque dubium generat, quod licet iuxta supra adducta Balthasar Gonçalez, & Ferdinandus Vela non sint adhuc in mora constituti, & sic non incident in obligationem dicti debiti, quia prefatus terminus 30. dierum datū ad præsentandū non cucurrit, non facto iussu, vel præcepto per iudicem, nec partis requisitione de præsentando, modo quo tempore huiusmodi causa agitari cępit incipiat currere, quia satisfit, quod cum dicti Balthasar, & Ferdinandus desierint habere facultatem præsentandi, & ponendi in carcerem dictū Petrum Fernandez sine sui culpa, t. quia præsentandus est mortuus non valeret iussus eis factus, nec requisitio de præsentando, vt in dict. l. si deceperit, ff. qui satisd. cogant. l. sancimus ante finem, C. de fideiussoribus, Bald. in l. tam mandatori, n. 10. C. de non numer. pecun. imo sunt liberati secundum Paul. de Castr. d. conf. 100. n. 2. Iacobin. in dict. l. si deceperit, n. 2. dicens, quod ille, qui promisit alii in iudicio sistere illo mortuo liberatur, nec tenebitur hæredem sistere illius mortui, Iaf. n. 1. 2. & 19. ibi; & post Bart. ibi, & in l. si vero, tradit Roland. à Valle conf. 58. num. 6. lib. 1. Cæphal. confil. 187. num. 9. tom. 2. Bart. in l. si homo mortuus, ff. de verbor. obligat. [Noguerol. dict. loco,] Bellacomb. inter communes Doctorum opiniones lib. 7. tit. 25. C. de fideiussoribus, n. 175. qui in fine, post Albericum à se allegatum par. 4. statutorum, q. 64. t. ait, quod si disiunctiū, quis sit obligatus, vel sistere, vel iudicatum soluere per mortem eius, pro quo fideiussit ab utroque liberatur, tradit Marc. Anton. Eugen. conf. 2. nu. 34. lib. 11. per iura supra adducta, & l. sed & bi 13. §. siue autem, ff. de publicanis, & vectigalibus, cuins ratio secundum Iacobinum est, quia istud est unum factum personæ cohæreens, t. & ideo non transit contra hæredem, argum. l. vniæ, §. ne autem, C. de caduc. tollend. in vers. si vero talis, glos. verbo, vt personaliter, in c. fin. §. is autem, ff. de offic. deleg. Roland. à Valle conf. 91. renocatur in dubium, n. 3. vol. 1. Menoch. lib. 6. de presumption. presumpt. 92. n. 4. l. 12. vers. fueras ende, tit. 11. par. 5. in cuius confirmationem facit, quod si reus principalis mutauit forum, statuum, aut conditionem, liberatur fideiussor, qui eum repræsentare se astrinxerat, t. nam talis obligatio 35 ad sistendum, siue repræsentandum aliquem, intelligitur eo existente in eodem statu, conditione, & causa, l. 1. ff. si ex noxali causa agatur, l. si fidelius, ff. de tutelis, & rationibus distractabendis, Marc. Ant. Eugen. d. conf. 2. n. 28. Boſius de carcerat. fideiuss. committ. n. 42. Farinac. de carcer. q. 35. n. 37. limitat. 3. Cæphal. conf. 187. incip. conclus. nu. 1. & 2. tom. 2. Hippolyt. d. tract. de fideiussoribus, n. 132. t. quia vt D. Thomas 2. 2. q. 110. artic. 3. ad finem, 36 tradit quilibet excusatur à promislorum obseruantia, quando sunt mutatae conditiones perfonarum, vel negotiorum, Bart. in l. in confirmando, num. 2. ff. de confirmingo tutori, & in l. cum quis in princip. & in l. si cum Cornelio, ff. de solution. decif. Genuæ 66. num. 2. Nauarr. in manuali Hispano, c. 18. n. 4. nam vt Seneca ait lib. 4. cap. 35. de benef. ad hoc, quod homo teneatur facere, quod promisit requiritur, quod omnia immutata permaneant alioquin, nec fuit mendax in promittendo, quia promisit, quod habebat in mente sub intellectis debitibus conditionibus, t. vnde, & Apostolus non est mentitus, qui non iuit Corinthum, quod se iturum esse promiserat, vt dicitur 2. ad Corinth. 1. & hoc propter impedimenta, quæ superuererunt D. Thomas dict. art. 3. ad 5. probat bonus text. in cap. Beatus Paulus 22. q. 2. t. Cicer. lib. 1. Officiorum: Incidunt s̄ pē tempora cū ea, qua maxime videntur esse digna iusto homine, eoque quæ virum bonum dicimus committantur, suntque contraria, vt non reddere depositum, etiam ne furioso, promissum facere, quæque pertinent ad veritatem, & ad fidem ea migrare interdum, & non seruare sit iustum, &c. Facit bonus text. in cap. ne quis arbitretur 22. q. 2. loan. Andr. in cap. debitores, num. 7. de iure iuri. Nauarr. dict. n. 4. l. 7. in fine, tit. 8. par. 1. t. Nam

- 39 Nam generale est, quod quilibet promissio intelligatur rebus sic stantibus, & aliquo modo superueniente de novo, l. si unquam, C. de reuocand. donation. vbi late Tiraq. in prafatione num. 161. Marc. Ant. Eugen. d. conf. 2. n. 28. Benintendas decis. Rotae Bonomens. 65. num. 4. l. f. i. C. de novum. pecun. l. fin. ff. ad municipalem; Gregor. Lopez in l. 34. tit. 5. par. 5. glos. 4. circa medium, ¶ etiam si promissio sit iurata, cap. quemadmodum de iure iurand. cap. cum inter P. de renunciat. Ant. de Baer. in cap. veritatis 8. num. 14. post medium, de debito, & contumacia, C. cephal. d. conf. 187. n. 2. tom. 2. late Hippolyt. de Marsili. vbi supra num. 151. & ita promittendo Titium presentare (scilicet requisiti, ut supra) intelliguntur se obligasse cum illa conditione, scilicet rebus sic stantibus, & ita superueniente morte erunt excusati ab illius prælenicatione, & impositione prætensiæ poenæ dicti fideiussores; ¶ nam impossibilitas, seu difficultas superueniens impedit poenæ commissiōnem, l. si vēhenda, vbi Bart. ff. adl. Rhodiae de iactu, idem Bart. in l. continuus, §. illud, n. 7. ff. de verbor. oblig. Abb. conf. 90. circa primum, n. 1. par. 1. Cephal. vbi proxime num. 7. Marsili. d. tract. de fideiussor. num. 155. Gomezius Leon allegat. 33. num. 1. ideo dicit Bald. in cap. querelam de iure iur. num. 5. quod non possit soluere canonem propter inopiam, ut non cadat à iure suo, Roland. à Valle conf. 42. in presenti num. 28. vol. 1. & Imo quando in obligacione est factum (ut hominem susterre) indistincte difficultas impedit moram, d. l. si vēhenda, §. penult. l. 1. §. frater, ff. de collatione bonorum, etiam si fuerit iurata, cap. breui de iure iur. Couarr. in cap. quāuis paetum, par. 2. relectionis §. 5. nu. 4. de paetis lib. 6. & in utroque casu, Floria. de S. Petro in l. mora in princ. num. 8. ff. de usuris, Dec. in l. quod te mibi 2. licet num. 51. ff. si cart. petat. cuius ea videtur ratio, & quod difficultus sit facere, quam dare, l. ha. operæ, §. fin. ff. de oper. libert. glos. verbo in alijs, in l. vnic, C. de sententij, quæ pro eo, quod interest proferuntur, vbi Rebuff. nu. 14. Bart. in l. 4. §. Cato, n. 13. ff. de verbor. obligat. & ideo quis ad factum non obligatur, l. si quis ab alio 13. §. si quis promiserit, ff. de re iudic. Dec. d. n. 51. Rebuff. super a. glos. verbo in alijs, num. 16. Gregor. Lopez in l. 50. tit. 5. par. 5. glos. 1. ante medium, l. in stipulationibus, §. operarum, ff. de verbor. obligat. Bart. in l. stipulationes non dividuntur, n. 36. vers. certe, eodem t. atque ita cum mora sit exclusa, poena per consequens cessabit, quia in omnibus casibus, in quibus ex mora poena committitur, & tūc quia mora non potest committi propter difficultatem, nec poena l. 2. ff. si quis cautionib. l. Celus, ff. de receptis arbitr. Bart. in dict. l. continuus, §. illud, n. 7. quibus fauent adducta per Tiraq. de retractu lignag. §. 1. glos. 19. nu. 124. in princ. in nostro autem casu, vt supra probauimus ex defectu requisitionis debita, nunquam dicti Balthasar, & Ferdinandus fideiussores in mora fuerunt, & ideo nec aliquam incurruunt penam.
- 40 Imo quod plus est, quod tempus 30. dierum in huiusmodi fideiussione appositum gratia si-

nienda obligationis appositum censemur, ita ut sensus sit dictos fideiussores promississe praesentare, & in carcerem ponere dictum Petrum Fernandez intra 30. dies à die fideiussionis, quando cunque pars aduersa vellet, & ad id essent requisiti, ita ut ultra dictos 30. dies noluerunt teneri, & tune transactis dictis 30. diebus dicta Maria Daluiz † non requireret, nec iudice iubet, quod praesentaretur essent dicti fideiussores liberati, & si non ipso iure ope tamen exceptionis, l. obligacionum ferè, §. placet, ff. de action. & obligat. l. eum qui ita, §. qui ita, ff. de verbor. oblig. l. si fideiussor interfice, ff. mandati, Paul. Castr. d. conf. 100. n. 2. vol. 2. ne secundum huiusmodi intellectum, qui nostro casui, maxime conuenit adiuntti debet dictum tempus fuisse appositum causa differenda oblicationis in præiuditum fideiussorum, Boer. dict. conf. 22. n. 9. & 10.

Rurlus, vt appareat, quam perperam ex aduerso sit actum directe contra dictos Balthasarem, & Ferdinandum ex eo satis constat, nam cum in fideiussionis instrumento excursionis beneficio renuntiatum non appareat, adhuc quando requisiti essent tempore legitimo (& sine veritatis præiudicio daremus penam aliquam eos incurrisse) esset prius agendum contra bona dicti Petri Fernandez per viam excusionis, & cum non apparat renunciatio, auth. præsente, C. de fideiussoribus. cui consonat l. 9. tit. 12. part. 5. & quia quando fideiussor datur de aliquo præsentando, & facta requistione non præsentauit, atque ea de causa agitur aduersus eum pro pena, aut interesse potest opponi excusio, vt tradit Jacobinus in l. fideiussor, §. si quis, n. 5. ff. qui satisfid. cogant. in fine, ex notatis in l. fin. ff. si quis in ius vocatus non ierit, Marc. Ant. Eugen. d. conf. 2. n. 29. Bald. in dict. l. 2. §. si quis ex his, vbi Paul. Alex. & Iaf. ff. qui satisfid. cogant. Io. Faber in §. sed hodie, n. 5. instituta de satisfactionibus, Ant. Gabr. lib. 3. concl. 1. de fideiussor. num. 41.

Neque obstat, & quod renuntiatum appareat beneficio, l. sancimus, C. de fideiussoribus, quia dicta renuntiatio, potius ex tabellionum stylo solet apponi, quam expressio partis consentius Mutadecis. 94. n. 13. Jvt appareat experientia, quæ ostendit, & quæ est rerum magistra, cap. quam sit de electione lib. 6. glos. verb. experientia, in extrauag. ad conditore, n. 1. Ioannis XXII. de verbor. signif. Iaf. in l. qui Romæ 121. n. 26. ff. de verbor. oblig. Io. de Neuzianis lib. 3. sylva nuptialis, verbo est nubendum, num. 7. & quæ ex communi tabellionum stylo §. 1. procesterunt, minime consideranda sunt ex doctrina Bald. in l. 1. n. 10. in fine, ff. de iure codicillor. cum alijs, de quibus meminit Curt. antiq. conf. 3. & si subtilissime col. 2. vers. considerant, Paris. conf. 6. circa resolutionem, n. 22. & conf. 20. concessio, nu. 87. vol. 1. Burgos de Paz conf. 2. n. 71. & conf. 28. nu. 19. maxime quia deficiente, vt in nostro casu deficit aduersa partis requisitio, non habent necessitatem dicti fideiussores iauandi se beneficio dict. l. sancimus.

Neque obstat, quod dies interpellat pro homine, quia ultra, quod huiusmodi regula plures pa-

titur limitationes, de quibus Authores proximè recensendi, alijs quæ apud eos videri poterunt omissis, non habet locum, neque procedit, quando fit promissio de aliquo intra certum tē-

52 pus præsentando; † nam non obstante præfixio-
ne dicti non constituitur in mora, nec interpellatus dicitur antequam fuerit requisitus, lat. in l. si ex legati causa 23. nu. 14. vers. ultimo limita, ff. de verbor. obligat. Ant. Gabr. d. lib. 3. conclus. 9. de solu-
tionibus, nu. 22. Roland. à Valle conf. 58. num. 14.
lib. 1. Cacheran. inter communes Doctorum opinio-
nes, C. de fideiussoribus, n. 185. facit Paul. de Castr.
in l. si decesserit, nu. 4. ff. qui satisd. cogant. dicens,
quod fideiussor, qui promittit aliquem præsen-
tare infra octo dies, post eos elapsos non dicetur
in mora, nisi fuerit ad id requisitus, Dec. conf. 2.
num. 7. Vecinus inter easdem communes opiniones,
tit. de fideiussor. n. 42. Nec dies, & poena hoc casu
præjudicant, quia cum ex defectu requisitionis
non posset dici moram fuisse incursam per con-
sequens, nec poenam dicendum erit, atque ita
opus non est purgatione moræ, maxime intelli-
gendo, vt supra num. 43. † dictum, scilicet tem-
pus fuisse appositum gratia finienda obligatio-
nis, quo casu, nec interpellat, nec constituit in
mora, iuxta text. valde notabilem in l. emptorem,
§. Cassius, ff. de action. empt. in vers. denique, glos.
verbo non cogitur, in cap. unico, an ille, qui interfec-
cit fratrem domini sui, in v. sib. feud. lat. in dict. l. si
ex lega i. causa, dict. n. 14. vers. secundo limita, An-
gel. in l. si insidiam, linit. 8. vbi Imlola vers. item ad-
uerte, ff. de verbor. obligat. Socin. reg. 90. fallent. 2.
Ant. Gabiel, vbi proximè num. 5. melius Boer. d.
conf. 22. nu. 9. per quæ facilis potest responsio ad
omnia superius allegata; & licet non obsit nostro
casui, quod die, & poena apposita mora purgari
nequeat, cum vt late ostendimus, non est mora,
quæ purgatione indigeat, adhuc illud est verius,
54 † quod in præparatorijs iudiciorum purgatio
moræ admittatur post multos dies, vbi est dies,
& poena diei. l. sancimus, C. de fideiuss.

55 Nam id speciale est † in fideiussore de iudicio
fisci, siue de præsentando aliquem in iudicio, quia
alieno vitio laborat, glos. verbo pluresve, iuncta
glos. fin. in l. & si post tres, ff. si quis caution. Bart.
in dict. l. si insulam, n. 14. nam generale est, vt magis
faueatur, qui alieno vitio laborat, quam ei,
qui suo, l. si quis in suo 33. §. vlt. C. de inoff. testam.
l. lex Anastasij, C. de natural. liber. l. qui quis, C. ad
l. Iuliam maiestatis, glos. verbo iniuriā, in cap. vel
non est, de tempor. ordinat. glos. verbo testes, in cap.
1. qui matrim. accus. poss.

56 Neque obstat † l. magnam, C. de contrabeda, &
com. nitt. stipul. in qua Ant. Gom. tom. 3. var. resol.
c. 9. n. 9. post med. contrariam huic veræ sententiæ,
quam resoluimus, tenere satagens se fundat; nam
lex illa habet locum, quando ante diem nata es-
set obligatio, alias fecus, vt tradit Dec. d. conf. 2.
n. 5. tom. 1. vel potest responderi secundum Felin.
in dict. c. si autem, n. 4. de rescript. las. in d. l. si ex le-
gati causa, cum alijs supra allegatis dispositione
dictæ legis, limitari non habere locum, quando
obligatio ad aliquid faciendum esset præparato-

ria ad aliquod iudicium, vel ad aliquem actum
per iudicem explicandum, vt post Hippolyt. in l.
vnus, §. cognitum, col. 4. vers. ultimo tene menti,
ff. de question. tradit Octavian. decis. Pedemont. 49.
num. 3.

Neque obstat, † quod poena incursa eius exa-
ctio aduersus fideiussorem minori spatio, quam
triennio non præscribatur, nam si incursa fuerit
ex eo, quod aliquis fuerat in iudicio præsentan-
dus, & non fuit si intra annum à die, quo fuit in-
cursa, non petatur amplius petendi præcluditur
via, & fideiussores liberi remanent, l. 10. tit. 16. li.
5. Recopilat. quæ ait: A qualquier que saliere por
fiador por otro para lo presentar en juicio, hasta cierto
tiempo, so certa pena, y cayere en la dicha pena,
si no le fuere pedida dentro de un año, contando den-
de el dia, en que en la dicha pena cayó, no le pueda ser
mas adelante demandado, quam l. vt notabilem ad
suam decisionem ponderant Roderic. Suarez in
tract. de fideiussore in causa criminali, n. vlt. in fine,
vbi Valdesius in additionibus, similiter additio filii
Roderici Suarez super l. 2. tit. de los emplaca-
mientos, vers. sed pone, num. 41. Gregor. Lopez in
l. 19. tit. 12. part. 5. glos. 6. in fine, Matienço in dict.
l. 10. glos. 2. num. 1. Azeuedo ibi num. 3. qui ait,
procedere tam in fideiussione, quæ fit pro causa
criminali, quam ciuili, & insinuat Matienço dicto
num. 1. & ita licet in nostro casu nulla fuerit
incursa poena aduersus fideiussores prædictos,
cuius occasione dicto tempore se iuuare opus
sit, adhuc etiam casu, quo daremus (sine veritate
præiudicio) incursum fuisse, est iam præscripta
per transcursum anni, siue numeretur à die se-
quenti diebus 30. in fideiussione comprehensis,
& expressis, siue à die mortis dicti Petri Fernan-
dez, à quo desierunt habere facultatem præsen-
tandi eum, etiam requisiti, quia immo maius tem-
pus transactum est. Ex quibus concludo dictos
Balhaiarem Gonçalez, & Ferdinandum Vela
absoluendos esse, & dictæ Mariæ Daluiz perpe-
tuum silentium super hac causa imponendū esse.
Salua, &c.

SUMMARIUM.

- 1 Curator datur bonis absentis ultra mare, vel in
remotis partibus.
- 2 Propinquiores præferuntur in cura bonorum ab-
sentis.
- 3 Agnati si in successione præferuntur cognatis, co-
dem modo in tutela, & cura.
- 4 Cura bonorum absentis datur cum cautione illis,
qui in successione melius ius haberent.
- 5 Fratrum appellatione propriè veniunt utrinque
coniuncti.
- 6 Frater utrinque coniunctus, aut eius filij præfe-
runtur in successione patrui coniunctis ex uno
latere.
- 7 Duplex vinculum præponderat simplici.
- 8 Duo iura, vel qualitates habens obtinet vicem
duorum.
- 9 Consanguinei utrinque coniuncti præsumuntur
magis dilecti.

- 10 Consobrini ex uno tantum latere excluduntur ab utrinque coniuncto.
- 11 Bona peruenta ad aliquem ex successione paterna, an pertineant fratribus ex illa parte attinentibus.
- 12 Fratres utrinque coniuncti, quando adsunt non attenditur, unde peruerent bona.
- 13 Clericus in sacr: volens admittitur ad curam.
- 14 Curator bonorum non datur minori viginquinque annis.
- 15 Cura bonorum absentis, ut discernatur debet presumptiuè saltim constare de eius vita.
- 16 Sententia efficit rem iudicatam in eo, quod determinat, & presupposito illius.
- 17 Res iudicata pro veritate habetur.
- 18 Affirmanti quem decessisse in vita matris suæ incumbit onus probandi.
- 19 Duplicitas vinculi solum cessat ultra filios fratrum.
- 20 Hæreditas non adita ab absente, non reputetur patrimonium eius.
- 21 Hæreditas non adita non transmittitur.
- 22 Suitatis iure transmittitur hæreditas non adita.
- 23 Patre mortuo continuatur dominium bonorum in filium.
- 24 Hæreditas censetur adita à filio, qui bona hæreditaria possidet.
- 25 Possidere dicitur is, cuius nomine possidetur.
- 26 Hæreditas presumitur adita ex longo tempore.
- 27 Curatoris absensis acceptatio, & hæreditatis aditio sufficit, & num. 28.
- 29 Hæreditatis aditio sit factio sicut verbis.
- 30 Aditio hæreditatis inducitur ex facto animi declaratorio.
- 31 Hæreditas adita, dicitur patrimonium adeuntis.
- 32 Renunciatio omnis est odio/a.
- 33 Renunciatio strictè intelligenda.
- 34 Renunciatio intelligitur, ut minus obstat renunciantes.
- 35 In renunciatione non veriunt non expressa.
- 36 Renunciatio, quando intelligatur esse respectu fratri.
- 37 Renunciationis causa cessante, ipsa cessat.
- 38 Renunciatio cessat mortuo illo, cuius contemplatione fuit facta.
- 39 Intellectus capit. 2. de eo, qui fecit finem agnatis.
- 40 Causa deficiente idem est, ac si non fuisset facta renunciatio.
- 41 Renunciatio ad suam causam restringitur.
- 42 Filia renuncians feudo propter fratres, illis mortuis in eo succedit.
- 43 Considerandum est, cuius respectu renunciatio fit.
- 44 Filia renuncians hæreditatem propter fratres, illis mortuis succedit, & num. 45.
- 46 Renunciatio intelligitur rebus sic stantibus, & num. 47.
- 48 Etiam quando babet verba generalissima, & num. 49.
- 50 Iuri, quod ignoratur, non potest renunciari.
- 51 Renunciatio curæ propter fratrem cessat illo mortuo.

Tom. I.

- 52 Vnuere quis quanto tempore presumatur.
- 53 Ultra centum annos vivere nemo presumitur.
- 54 Fama publica mortis cum longa absentia, morte probat, & num. 55.

ARGUMENTVM.

¶ De curatore bonis absentis dando, & quis præferatur in cura, & quando utrinque coniuncti fiat præferendi in cura, aut successione, & transmitti valeat ius successionis, & renuntiationis non noceat.

C O N S I L I U M XVII.



N casu mihi proposito, quondam F. quadam filia ex primo matrimonio suscepit duxit uxorem Ioannam, quæ ex alio viro filium suscepit, cui fuit nupta filia dicti F. & constante matrimonio secundo dicta Ioanna, & F. duos habuerunt filios, quorum unus fecit absentiam, & cum nesciretur de eo, neque expectaretur de proximo illius redditus frater illius utrinque coniunctus petit sibi decerni curam bonorum illius, quam in contraditorio iuditio obtinuit in Regia Cancelleria Granatensi, & per tempus vitæ administravit, decessitque tribus relictis filijs, & unica filia; contra quos filius, quidam unius ex filiis Ioannæ, & F. petit eandem bonorum curam, & conuenti obtinuerunt executoriam, & duo ex ipsis fuerunt curatores, & decessere unus absque liberis, & alter cum eis modo dubitatur, an patruo superiuenti decerni debeat cura, & an filij fratris, qui eam administravit valeant succedere in dictis bonis, tanquam nepotes ex fratre utrinque coniuncto absente, & an excludatur nepos ex filiis F. & Ioannæ, & an absens presumatur mortuus, ut sit locus diuisioni bonorum.

Pro solutione horum dubiorum presuppono, quod t de iure potest dari curator bonis absentis, qui est ultra mare, aut in remotis partibus extra Provinciam, de cuius redditu non habetur certa spes, glos. *verbis si in lab. hostibus, ff. ex quibus causis maiores, & in l. cum cognatos, verb. observatione, C. de poss. limin. reuers. & redempt. Bald. in l. cu n. propon. 3, num. 3. C. de bonis auctoritate Iudicis possidendis, & in l. cohæredibus, num. 4. C. famili. eric/cund. & in l. ignorare, num. 3. C. de restit. milit. vbi Bart. Paul. & Angel. Gregor. Lopez in l. 1. 2. per text. ibi tit. 2. par. 3. glos. 4. & in l. 4. tit. 29. par. 2. glos. 1. Paz in praxi, tom. 1. par. 1. principali, par. 3. num. 5. & 6. Ioann. Garcia de expens. & melior. cap. 20. n. 3. Ioan. Gutierrez. de iuramento confirmatorio, par. 1. cap. 23. num. 6. Menoch. lib. 2. de arbitri. iudit. caju 150. n. 15. & seqq. [Parlad. lib. 2. rer. quotidianar. cap. fin. par. 5. §. 9. num. 14. & late Montealegre lib. 1. prax. ciuit. c. 7. num. 5. & seqq.]*

Et t in administratione huiusmodi cure debet præferri parentes, seu consanguinei propriae qui res absentis, qui in successione primum locum

K 3

ob-

100 mate, † quod quem de euictione tenet actio eūdem agentem repellit exceptio. Bald. in l. siue posse ssessio 14. num. 1. C. de euictio, l. vendicantem, ff. eodem titulo, Abb. in cap. 1. num. 3. de testam. Ias. in l. qui Roma, §. duo fratres, num. 14. ff. de verbis. obligat. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 37. qui ad finem dicti numeri ait, quod licet in aliquo casu falleret regula ista, quem de euictione, &c. semper tamen est certissimum eum, qui vendidit, & si de euictione non teneatur aliquo casu, non tamen posse in aliquo eiudem rei ex alia causa questionem mouere, l. & si is, ff. de distractione pignorū, dicens: Et si is, qui lege pignoris emit ob euictionem rei redire ad venditorem non potest: tamen non esse audiendum creditorem, qui fundū vendidit si vellit eiusdem rei ex alia causa questionem mouere, dicta l. vendicantem, ibi: Quamvis alio iure dominium quæsierit.

101 Eset enim, † contra proprium venire factum, ad quod nemo admittitur, ex regula vulgar. l. post mortem, ff. de adoptionibus, glos. & Doctores ibi, l. cum profitearis, C. de reuoc. donat. Rota in antiquis, decif. 17. de iure patronatus, num. 6. & decif. 8. num. 7. de testamentis in antiquis, dicens, quod vbi aliquis facit, quod non est prohibitum à iure, & si alias fieri non debitum, adhuc non potest contra factum suum venire, Cephal. cons. 30. n. 31. vol. 1. Menoch. de presumption. lib. 3. presumpt. 132.

102 num. 68. † & quia non est admittendus, quis veniens c. contra illa, quæ facere procurauerit, l. generaliter, §. 1. C. de reb. cred. Rota d. decif. 8. nu. 9. vbi additio Hippolyr. de Marfill. cons. 19. par. 1. iuncta ratione text. in cap. per tuas de probationibus, l. generaliter, C. de nō numer. pecun. & ita nulla via debet admitti Ecclesia prædicta ad reuocandam, & reducendam pro eius usibus, & simulatis necessitatibus Capellam.

103 Rursus, quia si hoc admitteretur sequeretur, quod quælibet Ecclesia post legitimam alienationem Capellæ suæ, in cuiuscunque nobilis patroni fauorem, & contra pias institutiones, & defunctorum memoriam effectis, & simulatis necessitatibus ad se reducere conareretur, & infinite exorirentur lites, & discordiae, & esler res praui exempli circa omnes; † mali autem exempli res facienda, nec admittenda est, l. si quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœnis, l. exemplo, C. de probationibus, glos. in l. obseruandum 47. ff. de iudicis, l. 3. §. adiectio, ff. adl. Corneliam de scicarys, & l. si malitatem eod. tit. l. 1. ff. ad Macedon. l. Diuus ad finem, ff. de re iudic. Costanus lib. 1. questionum iuris, cap. 16. num. 3.

104 Et homines pij, & fideles retraherentur à fundatione, & dotatione similiūm Capellarū, quod inconueniens reputariur maximum iura, † & eius vitandi causa, minus quam posset patronis debere lædi statuerunt, cap. quoniam de iure patronatus, cap. nobis, cap. postulasti, eod. tit. Lambertinus tract. paruo de iure patronatus, quæst. 6. principali in princ. num. 19. † Nam ratio, quare ius patronatus laicis conceditur est, vt inuitentur ad fundationem, & dotationem Ecclesiastum, seu Capellarum, vt sentit glos. verb. in Capella, circa

medium, in d. cap. nobis, Archidiac. in cap. hortamur, coi. 2. distinct. 71. Abb. in cap. querelam, num. 9. de electione, Paul. de Cittadinis par. 4. de iure patronatus, num. 2. Rebuff. in praxi, par. 1. in 3. figura natura parte, verb. necnon iuris patronatus, n. 4.

105 Maximie † quia priuarentur suorum maiorum sepulchro, quod præiudicium magnæ considerationis est, vt tradit Collectarius in cap. quanto de iudicis, dicens, quod si laicis non permitteretur suorum maiorum sepulchrum fieret eis præiudicium, sequitur ibi Andr. Siculus. col. 9. argum. cap. penultim de postulat. Prælat. Lambertinus proxime allegatus art. 9. q. 9. principali, n. 3. cap. 1. de sepulturis. [Et sepulchris paternis non frui graue censuit Iustinianus Imperator, in auth. de quæstorie 8. hæc omnia, collat. 6. ibi: Ut non suas Provincias deserentes, hic atterantur, & moriantur forsitan proprie priuati, & neque paternis frumentis sepulturis. Et licet peregrinæ mortis incommoda, quæ inter grauissimos casus impendentes. Seneca numeravit, in exceptis quos sua doctrina lenire conatur, dicens: Peregrè morieris: undeunque ad inferos una via est. Peregre morieris: nulla est aliena mortuo. Peregrè morieris: hoc est in patriam sine viatico peruenire. Extra patriam tamen, & maioriū sepulchra inferri, non luctuosum modo, sed nefas, & odiolum iudicatum est, quod M. Antonio magnam concitauit iniuriam, cum testamento Romæ perfecto, iusisset corpus suum, Alexandriam deferri, vt cum Cleopatra sepelliretur, vt ex Plutharco in Antonio, de Dione Cassio, lib. 50. obliterat Iacob. Guther. lib. 1. de iure manu, cap. 8. pag. 43. & seq. similiter, & Ioseph. Patriarcha, Genesis cap. 5. dixit fratribus suis. Post mortem meam Deus uisitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista, ad terram quam iurauit Abraham, Isaac, & Iacob, asportate ossa mea de loco isto: vobiscum Exodi cap. 13. num. 19. Iosue cap. 24. num. 32. ibi: Ossa quoque Ioseph, quæ tulerat filij Israel de Ægypto, sepellierunt in Sichem, in parte agri quem emerat Iacob a filiis Hemor patris Sichem, centum nouellis onibus, & fuit in possessionem filiorum Iosephi. Facit, quod habetur lib. 2. Machab. cap. 5. Ialonem Oniæ fratrem, qui malis artibus tumulum Sacrorum Iudæorum adipisci cocupierat, Læcæmonas profectum, quasi pro cognatione refugium ibi habiturus, quia insepultos multos abiecerat, ipsum illamentatum, & insepultum abiectum esse sepultura, neque peregrina viuum, neque patrio sepulchro participantem.]

107 Est † enim incursum ex hac vita decedentiibus in maiorum iacere Capella, & sepulchro, vt oblationibus, sacrificijs, & orationibus successorum ibi concurrentium animæ ipsorum expientur, c. 1. de sepulturis, Genesis 49. Jacob de Ægypto moriens filiis suis iniunxit, vt tempore visitaionis eius ossa sua secum deferrent, & in sepulchro patrum suorum collocarent, similiter 3. Reg. cap. 13. & refertur in cap. unaquaque, vers. item Ioseph. 13. q. 2. & 3. lib. Reg. cap. 2. legitur, quod Salomon sepultus fuit in sepulchro Dauid patris sui, & Paralip. cap. 33. quod Iosias tumulatus fuit in Mausoleo patrum suorum humanissimum,

simum, quippe est sepelliri in sepulchro paterno, pulchre Abb. in cap. 1. de sepulturis, Marc. Aut. Peregrin. cons. 72. nu. 9. vol. 3. Io Garcia in tract. de meliorationibus, & expensis, cap. 8. num. 4. vnde notabiliter Cicero lib. 1. officiorum, ait: Sanguinis coniunctio, & benevolentia devincit charitate hominis, magna est enim eadem habere monumenta maiorum usdem uti sacris, sepulchra habere communia, Francic. Baldinus in tract. de iuris prudentia Mutiana, versic. vt autem, pagina mibi 82. [Ferdinandus Perez de Guzman, in libro, quem inscripsit: Valerio de las historias Scholasticas, lib. 5. tit. 6. cap. 1. dicens, antiquos non solum viuos, sed mortuorum corpora censuisse maiorem, requiem habuisse in terris, in quibus eorum maiores erant sepulti, quam in alijs, & ea de caula lacubum Patriarcham, in ultimis vitæ suæ diebus præsentibus eius filijs, memorem terræ in qua eius antecessores erant sepulti, quamvis potuisse in Aegypto honorifice sepelliri, censuit osia sua non posse ibi requiem habere, & illos iuramento astrinxit super eius funere, quod corpus suum asportarent ad sepulchrum maiorum suorum, quod ipsi adimpluerant. Flavius Ioseph. lib. 5. de belo Iudico, cap. 2. ibi: Multiq; etiam transfuge re cupientium, rufus in civitate perire properabant, nam spes sepultura in patria more tolerabilius videbatur.]

- 108 Hinc laudatur Philippus Macedonicus Rex apud Iustinum Historicum lib. 9. dum ait: Et bello consumptorum corpora sepultura reddidit, reliquiasque funerum, vt ad sepulchra maiorum referrent, vitro bortatus est; vt & Polybius retulit lib. 5. historiarum, Sophocles in Electra, scena 6. hoc docte insinuat dicens:

-----impostum igitur ardenti rogo,
Statim cremauiinus, redactumque tenuem
In puluorem, atque evasculo inclusum breui
Ex Phocide buc viri tulere, vt patrio
Partem sepulchri adipisceretur in solo.

Idem scena 7.

Fera, q; se surriperem nece, vt sic mortuus
Hoc tempore hic saltem iaceret patrio
Sortitus in tumulo locum.

- 109 Et t; pro maledictione habetur in sepulcro maiorum non sepeliri, dictum est enim Propheta 3. Reg. cap. 13. Eo quod contra præceptum Domini comedebat in Bethel, non inferetur cadaver tuum in sepulchrum patrum tuorum, d. cap. unquamque 13.

- 110 q. 2. t; apud Abderites lege cautumerat, vt qui patrimonium prodegerat, sepulchro patrio non humaretur, sed externo, vt tradit Diogenes Laertius in Democrito, Tiraq. & Alex. ab Alexandro lib. 6. dierum genialium, cap. 14. vnde Cattulus epigrammate 63. ad Mallium hoc sentiens dicit.

Quem nunc tam longe non inter a sepulchra
Nec propè cognatos compositum cineres,
Sed Troia abscaena, Troia infelicem sepulchrum
Detinet, à nostro terra aliena solo.

- 111 Vnde t; docte nostri traxidere sepulchra maiorum non præcio, sed affectione estimanda esse, vt constat ex Roder. Suarez in l. quon. a in prioribus, ampliat. 11. n. 2. C. in ossic. teftam. probat benè text.

in l. libertus, qui soluendo 36. ff. de bon. libert. ibi: Multi enim casus intruere possunt, quibus expediat patrino petere bonorum possessionem, quamvis aris alie ni magnitudo, quam libertus reliquit, facultatem patrimonij eius excedat, veluti si prædia sunt aliqua ex bonis liberti, in quibus maiorū patroni sepulchra sint, & magni estimat patronus bonorum possessio nis iura pro parte ea ad se pertinere, vel aliquod ma cipium, quod non pretio, sed affectione sit estimandum, l. 1. §. & alias, ibi: Quo a illic educatus sit, vel parentes sepulti, ff. si quia in fraudem patroni, glos. vlt. in l. si in exemptionem 36. ff. de minoribus. [Refert Sforcia Cadi de in integrum restit. par. 1. q. 4. art. 10. num. 88.]

Affectio enim iusta est, t; quæ cadit super res 112 maiorum, qua propter Naboth, noluit vendere vineam, quæ fuerat maiorum suorum, 3. Regum cap. 21. Rebuff. in repetit. l. vnicæ, C. defententys, quæ pro eo, quod interest, glos. 1. num. 84. l. cū seruus, ff. mādati, Alciat. de præsumption. reg. 1. præsumpt. 21. Menoch. lib. 3. de præsumption. præsumpt. 83. n. 2. ex l. si in exemptione, ff. ds minor. Grattus respons. 17. nu. 42. lib. 1. t; Imò ex d. cap. 21. constat, quod 113 nec data pecunia Regi licuit vineam subditi eo non contentiente occupare, & vis illata, fuit à Deo acriter punita, vt notarunt Pinell. in rubr. C. de rescind. vendit. par. 1. cap. 2. n. 24. Rebuff. tom. 3. ad leges Gallicas, tit. de matr. possest. art. 4. glos. vni ca, num. 11. Canillus Borrelius cor. 35. num. 24. [Tiraquell. de retract. lignag. in prefat. nu. 48.]

Nam t; vt D. Augustinus lib. 1. de Civitate Dei, 114 cap. 13. relatus per S. Thomam, par. q. 25. art. 6. vcr. respondendo dicendum, & Cesar. lib. 2. variarum cap. 1. num. 10. ait: Si enim paterna uestis, & annulus, ac si quid hu; usmodi tanto charius est posturus, quanto erga parentes maior affectus, nulla modo ipja spernenda sunt corpora, que vt: que multo familiarius, atque coniunctius, quam qualibet indumenta gestamus. Onuphius Paninius de ritu sepolliturus mortuos, cap. 6. & facit ratio, text. in l. lex que tu tores 22. §. nec verò, C. de administr. tutor. ibi: Nec vero dñnum vendere licet, in qua deficit pater; minor crevit in qua maiorum imagines, aut non videre fixas, aut reculas, videre satis est lugubre, vbi Salicet. t; ait esse lugubre vendere res maiorum, l. si in exemptione, ff. de minor. Tiraq. in prefat. de retract. lignag. num. 34. Burgos de Paz cons. 30. nu. 8. l. 18. tit. 16. par. 6. Gregor. Lopez in l. 44. tit. 5. par. 5. glos. 2. & ita esset maxime lugubre, si Capella ita posset auferri dictis possessoribus, quæ fratres, & ascendentis nobiles, & Equestris ordinis, & Militiarum Ordinum sepultos habent in illa.

Vnde t; meritò favorabilis est causa sepulturæ 115 maiorum in tantum, vt restituta hæreditate ex S. C. sepulchrorum, tamen iura apud hæredem maneat, l. quia perinde 42. §. 1. ff. ad Senatus cons. Trebell. & elegans text. in l. libertus, qui soluendo, ff. de bon. libert. probat interest adire hæreditatē, cujus soluendo non est ob id tantum, quod in ea prædia sint aliqua, in quibus maiorum nostrorum sepulchra sint, lo. Franc. de Ponte decif. 11. Collat. Consil. Neapol. n. 15. & in allegatione successiva D. Ro-

D. Rouittus num. 59. & legibus vendendorum prædiorum cautum erat, vt fundo vendito ius sepulchri exceptum, & retentum intelligeretur,
 117 l. utimur eo iure 5. ff. de sepulchro violato, † & licet aliqui quasi indigno hæreditas sit ablata se-
 pulchrorum, tamen iura ei relinquuntur, l. si quis fuerit 33. ff. de Religios. & sumptib. funer. & licet
 118 patre † perduellionis daminato bona sic fiscus oc-
 cupet, vt nec iura sepulchrorum filius habeat, vt
 Vlpianus ait in l. 1. §. 3. ff. de suis, & legitimis hære-
 dibus, cum alia ex causa hoc factum fuisset, Cice-
 ro notauit non iure fieri, nam in oratione pro Roscio conqueritur, quod publicatis eius bonis,
 ne iter quidem ad sepulchrum patrium filio re-
 liecum eslet, Franciscus Baldinius, ubi supra;
 119 † plerisque enim patrij apud fines sepulchri mors tollerabilior fuit existimata, teste Aegipppo lib.
 4. de excidio Vrbis Hierosolymitanæ cap. 12.

120 Maxime † quia non poscent ibi, quæ consueuerunt facere sacrificia, nec oblationes, & antecelsorum suorum digna conseruari memoria periret, quod etiam Ethnici inuisum, & odiosum fuit, vt constat ex Demosthene in oratione contra Macar-tuam, dicente: Solon in legibus, & Deus in oraculo mandat, vt cognati, & affines mortuis in ferias certis diebus exhibeant, idem in oratione contra Nicō: Defunctorum curam habete, ne eorum nomē, & familiā pereat, Plato etiam lib. 34. de legibus, dialogo 4. inquit: Annuas quoque curas defunctorum, quæ ornamentum adferūt instaurare decet, & noua quotidie repetita memoria semper parentes summopere honorare, Fr. Petrus Bollo in economia canonica 2. classi, cap. 5. §. 1. Onuphrius Panuinius ubi proxime cap. 10. Polyd. Virg. lib. 6. de invent. rerum, cap. 10. & ita plures sunt fauoris causæ, quæ tendunt, & concurrunt in hoc, vt Capella auferri nō possit dictis D. Beatrici, & litis consortibus etiam si magnum præmium sibi solueretur pro parte dictæ Ecclesie.

121 Et sauvor iste conseruandi Capellam à fundatore erectam tantus est, vt nec pro eius debitiss alienari possit, † Bart. in l. Auffidius 13. num. 1. ff. de priuilegijs creditorum, per text. ibi dicens, quod si aliquis feci fieri Capellam in loco Fratrū Minorum, vel Prædicatorum. & postmodum bona eius venduntur, in venditione bonorum Capella non venit, tam ex eo, quod sit sacra effecta, quā ex eo, quod erecta in honorem instituentis, Angel. de Gembelionibus in tractat. de testamentis, glos. 9. num. 4. Parlador. lib. 2. rerum quotidianarū, cap. fin. par. 5. num. 27. & seq. [Rouit. cons. 75. num. 7. vol. 2.] ergo multo magis dicendum est non posse dictis D. Beatrici, & sororibus suā auferri Capellam titulo, ita iusto, & antiquissimo tempore possestam.

122 Præcipue † cum in dicta Capella fundata sit Capellania iuris patronatus, quæ alijs beneficijs æquivaratur, vt in cap. Apostolica 3. q. 1. Rebuff. de pacificis possessoribus, num. 87. & 89. dicens in his Capellanijs, sicut in alijs beneficijs committi simoniam, cap. non/satis de simonia, Abb. in cap. quia clerici, num. 5. in verbo comparant de iure pa-tronatus, Dec. cons. 541. num. 12. Roland. à Valle

conf. 47. num. 62. lib. 1. Kircouius inter communes Doctorum opiniones, tit. de iure patronatus, num. 6. cuius institutione cautum est, vt misla pro fidelibus defunctis celebrentur in ea qualibet hebdomada vna misla die Dominica, quia alibi celebrari non posunt per Capellam, † & ista conditio est valida, nec immutari potest, vt per Nauar. in manuali Latino, cap. 25. nu. 134. Medices in summa, tit. de conseruando, & acquirendo rerū domi-nio, par. 3. glo. 2. n. 75. Didacus Spino. in speculo te-stamentorum, glo. 3. n. 55. Zaualllos in practicis, q. 686. num. 6. & l. 6. tit. 16. par. 1. ibi: Otrosi seria si algun ome fiziesse Capilla en alguna Iglesia con otor-gamiento de Obispo, fo tal de partimento, que dixesse Missa en ella cada dia algun Clerigo, que deue otrosi ser guardado. † Quia testatoris voluntas est seruāda sicut lex, l. 1. C. ac sacros. Eccl. l. in conditionibus, ff. de cōdit. & demonstr. auth. de nuptijs, §. disponat, collat. 4. Florian. de S. Petro in l. si quando, §. hæres cuius, n. 7 ff. de legat. 1. Lambertinus de iure patronatus, lib. 1. par. 1. quest. 9. principal, num. 48.

Et † adimplenda in forma specifica, l. legatum, 125 ff. de v. ufructu legato, clementina quia contingit de Religiosis domibus, l. qui hæredi, & l. Mæuius, ff. de condit. & demonstr. Burgos de Paz cons. 9. num. 11. Roland. à Valle cons. 14. num. 6. vol. 3. Rochus de Curte de iure patronatus, verbo pro eo, quod num. 33. quod fieri non posset si Capella prædicta in alios vltus Ecclesiæ quantuincunque pios conuerteretur, & ita nullo modo id admittendum est, nam præiudicaretur huiusmodi iuri patronatus laicoru, cui nec Pontifex cenletur vele præiudicare.

Que omnia confirmantur, nam vltra, quod dicta Ecclesia non habet necessitatem, vt simulatur ampliandi sacrarium ad reponendū Ecclesiæ the-saurum, & Sacerdotum præparationem, seu collocationem reliquiarū Sanctorum Fulgentij, & Florentinæ, probatum est, quod expensis me-diocribus, & paruo sumptu potest applicari Cam-mera quædam, quæ in dicta sacraria feruit reponendis libris musicis, qui possunt in aliquo loco chori accommodari, quod magis conuenies est, maximè cū sit Porticus spatiolus in introitu sacristie, cuilibet vlti eius applicabilis, & alia Camera vegetibus apponendis destinara, quā vulgo, tinaxero appellant, ex quibus spatium maius, & distantia dari potest sacraria prædicta, vt aliqua parte eius per partitionē diuisa locus sit præparationi Sacerdotum ante celebrationem segregatus, ex quibus liquidò appetit, vt concludenter probatum est pro parte dictarum D. Beatricis, & consortium fictitiam, & à vero alienam es-ſencciatatem prætentam per Ecclesiam, vnde cum fundamentum, & præsuppositum suum de-ficiat, debet suppositum cessare, scilicet posse cō-pellere, vt sibi dicta Capella vendatur, nam quādo vnum disponitur, & aliud præsupponitur ad-hoc, † vt habeat locum dispository, debet veri-ficari præsuppositum, iuxta glos. singularem, verbo aduocandum, in l. mancipia, C. de seruis fugi-tiis, quā ibi in hoc notant Iacob. Butric. & Bald. Dec. in l. 1. num. 14. C. de edendo, Curt. Iun. in t. 1. num.

- 126 cum. 2. ff. si cert. petat. Felin. in cap. nonnulli, n. 34. de rescript. Ioan. Gutier. conf. 1. nu. 16. l. Lucius Titius testamento, la prima, ff. de fideicommiss. liber. lat. in l. 1. nu. 2. vers. tertio adde, ff. de iustitia, & iure, Dec. conf. 290. incip. viii, & diligentem, nu. 7. & 8. tom. 1. Burgos de Paz iunior q. 9. eiusdem, num. 7. Io. Garcia tract. de coniugali ac quæstu, num. 33. Roland. à Valle conf. 10. restitutione, nu. 14. vol. 4. [Nouar. qq. forens. resolut. 7. num. 3.] quia tuppōsum † cum non est, non operatur dispositum, argum. l. nā & sibi, quia nullus est, ff. de offic. testamēt. & eorum, quæ notantur in l. & quia, ff. de iurijs. omn. iudic. tradit decis. Genua 57. num. 3.
- 127 128 † & quia cessante supposito cessat dispositū, l. 4. §. toties, ff. de damno infēct. d. glos. verbo aduocandum, l. mancipia, C. de seru. fugit. Roman. singul. 490. statutum puniens, Soc. conf. 55. col. 2. lib. 1. Felin. in cap. nonnulli, num. 34. vers. vbi verba de rescriptis, Dec. conf. 233. num. 7. & conf. 317. num. 2. Io. Caphal. conf. 90. num. 51. tom. 1. decisi. Genera 127. num. 4. Menoch. de recuper. poss. reme. 9. num. 151.

Ex quo constat falsum deposuisse testes producotos pro parte Ecclesiæ, scilicet necessariam esse Capellam dictæ Ecclesiæ, nam videntur assēdere esse impossibile sine ea consistere, iuxta ea, quæ post Bald. in l. non quicquid, ff. de iudicis, tradit Menoch. de presumption. lib. 4. presumpt. 78. num. 55. nam quemadmodum ablique aliquo incommodo, postquam Ecclesia alienauit Capellam itet sine ea, poterit etiam in futurum starce.

- 129 Vlterius, quia probatum est, quod si in dicta sacrificia apponantur capsæ aliquæ ornamenterū, vna supra aliam remanebit locus iuxta parietem aliquain commodus ad reponendum, & colloquendū Ecclesiæ thesaurum, & Sanctorū reliquias, vt in alijs Hispaniarum Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesijs exsistit; † nam cōsuetudines aliarum Ecclesiarum similiū debent inspici, argumento cap. cum olim 6. de consuetudine, vbi Io. And. Anton. & Abb. nu. 1. & eorum, quæ notant Hostiæ. in summa de offic. Archidiacon. §. quod sit eius officium, vers. quid si non appetet, Gregor. Lopez in l. 4. tit. 6. par. 1. glo. 17.

- 130 Et similiter, quia iuxta sacrificiam ipsam adest quedam Capella, quam eius possellores, seu patroni bonis conditionibus, & prætio Ecclesiæ vident, quæ Capella vocatur del Poço, & licet ex aduerso assiderat non habere locum necessarium eo, quod sit contigua, & coniuncta turri Cathedralis Ecclesiæ, potest cum paruo sumptu huic def. & ai prouideri, rumpendo fenestras, & faciendo eas maiores, quod debet Ecclesia facere, quia cum de voluntate dominorum posset adipisci Capellam, † non faciet eis iniuriam, quæ non infertur volenti, l. cum donationis, C. de transactionibus, l. 1. §. v. que adeò de iniurijs, cap. scienti de reg. iur. in sexto, l. nemo fraudatur, ff. ex. tit. Caphal. conf. 39. n. 9. tom. 1. & conf. 142. num. 7.

- 131 Et quia cum hac via Ecclesia sibi prospicit, & dictis D. Beatrici, & confortibus non noceat reliqua eis sua Capella id tenetur facere Ecclesia, † nam quod tibi non nocet, & alteri prodest facere de-

bes, l. in creditore, ff. de euictionibus, l. 2. vbi Bart. Linol. & Roman. ff. solut. matrim. Paul. de Cittad. in tract. de iure patronatus, par. 3. causa 2. acquirendi, num. 92. quæ ratio etiam militar, vt pia, & voluntaria oblatio dictarum D. Beatricis, & sororū laudari admitti, quæ debebat, quod retenta sua Capella sibi, & suis successoribus (vt est iuris) offerunt in ea ponere reliquias dictorum Sanctorū altari forma ad id necessaria constructo; & si reliquiae dictorum Sanctorum in loco, & tabernaculo occenti sint præsenti tempore collocatae, scilicet sub arcu quodam Capella maioris dictæ Cathedralis Ecclesiæ.

Quod confirmatur fortiori resolutione, nam etiam si domus priuata, aut priuatus ager iusto prætio oblato ad constructionem Ecclesiæ petatur, quæ, & si valde sit utilis; † non est tamen præcisè moraliter necessaria, aut ad ampliationē Ecclesiæ iam olim constructæ, & si valde utilis sit ad plurimum Monachorum habitationem, vel ut è populo plures ad diuinam admittantur officia, poterit tamen Ecclesia absque tali ampliatione Christianæ Religioni seruire, non potest dominus inuitus dictarum rerum dominio priuari iudicis inferioris authoritate, & sine Principis decreto, etiam si iustum prætium ipsius rei offeratur ei, ex d. l. in iustum, C. de contrah. empt. resolut. Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 14. num. ultimo, vers. tertio, ex fundamentis à se traditis à vers. ceterum, & seqq. quod maximè dicendum est in casu nostræ Capellæ; inio, & si præcisa moralis necessitas, (que deest) adesset cum contrarie resolutiones authoritates, & fundamenta, quæ solum loquuntur in predijs prophanis, vt in specie comitat ex Couarr. vbi proxime, vers. secundo, nequeant aliquo modo adaptari ad casum nostrum, in quo agitur de præiudicando Capelle Ecclesiastice, & consecratae, & Capellanae, alijsque de quibus tripliate ne fauor Ecclesiæ iniustitiam pariat contra Capitulum nuper de donationibus, cap. gener. dis 54. distinct. cap. fraternitas 12. q. 2. Tiraq. de pia causâ, priuileg. 121.

Et confirmatur, quia dicta Ecclesia Cathedralis non habet aliquam necessitatem nouam, quæ euenerit postquam concessit Capellam dicto Petro Ioanni Cauallero emptionis titulo cum eundem ministrorum, & seruientium, & præbendariorum haberet tunc temporis, quem nunc habet numeron, vnde nullo modo admittenda venit ad prætensionem Capellæ sub simulatae necessitatis prætextu, † quia concedens rem ex aliquo contractu valido, non admittitur petens eam ad se redire propter necessitatem: quæ aderat tempore contractus, argum. text. notabilis in l. si is d quo, §. finali, cum l. seq. ff. vt in possessio legatorum, vel fidei commiss. seruand. nomin. catur. text. in l. si ab arbitrio, vers. fin. ff. qui satisf. cogant. l. de aetate, §. ex causa, ff. de interrogat. actio. glo. ordinaria in l. aede, C. de locat. Ant. Gomez alijs iuribus, & similibus resolutionibus confirmans, tom. 2. variar. resolut. cap. 3. num. 6. vers. secus vero, vbi additio.

Neque obstat, † l. locum, ff. de usufruct. l. 2. §. si 134 vsum-

vsumfructum, ff. de relig. & sumpt. funer. nam ibi non probatur, quod quis propriam domum, aut agrum ad constructionem, aut ampliationem Ecclesie, vel Monasterij, cum ibi non compellatur priuatus ius suum vendere religionis fauore; sed solum caueatur vsumfructuarium, cui vsumfructus fait à testatore relictus cogi permettere hæredem proprietarium inferre corpus testatoris in fundum, & ei constitutere sepulchrum, si alibi commode sepelliri non poterat, vt declarat cum iudicio Couarr. d. cap. 14. vers. ceterum, dicens, quod non generatur ex hoc præiudicium vsumfructui, t & si remunerationis iure vsumfructuarius 138 hoc beneficium impendere teneatur, argum. I. sed & si lege 28. consuluit, ff. de petit. hæred. cap. cum in officijs, de testamentis, vbi Couarr. num. 9. Abb. in cap. ceterum, notab. I. de iuramento calumniae, Tiraquel. I. si in quanu, verbo donatione largitus, a nu. 15. & sequent. b. C. de reuocandis donacionibus; nā vt inquit Aristoteles lib. 1. Rhetor: corum: *Iustum est facere gratiam ei, qui gratiam fecit,* Ias. in l. ex hoc iure, a num. 53. ff. de iustit. & iur. Feuardentius super Ruth, cap. 2. jett. 10. & quia dicta lūriconiultorum responsta, ex eo etiam obtinent, quod proprietatis rei dominium habens directam eam religiosam titulum sepulchri facere potest inuito vsumfructario ad sepelliendum eum, qui vsumfructum reliquit, cum alibi opportunitas sepulchri locus non est, & hoc casu etiā vsumfructuarius actionem habet ad petendū, id quod ea de causa vsumfructus diminutus fuerit, iuxta l. ultim. ff. de religios. & sumptib. funer. vbi Doctores Couarr. vbi proxime.

139 Minus obstat t l. 2. §. locum, ff. de relig. & sumptib. funer. quia vt Couarr. ponderat d. nu. ultim. vers. item communis, non potest ex eo deduci religionis fauore cogendum esse, quempiani ius, quod habet vendere, sed id tantum colligitur religionis fauore cogendum esse eum, qui ius in aliqua re habet cōsentire, vt is locus religiosus sit; vbi nullum ex hoc patitur præiudicium, eo quod ita commode uti potest suo iure, ac si locus religiosus non foret, idq; colligitur ex his, quæ post Bart. in d. §. locum, & in l. 2. n. 13. ff. solut. matrim. adnotarunt Bald. Nouell. in tract. de dote, part. 8. priusl. 27. Paul. de Cittad. d. part. 3. de iure patron. nu. 92. qui allegansl. in summa, §. item varus, ff. de aqu. pluu. arc. tenent, quod fauore religionis, & piæ causæ, quis tenetur facere, quod alteri prodest, & sibi non nocet, quod non est mirum, cum & absque religionis fauore hoc procedat, vt latè tradunt Doctores in d. l. 2. ff. solut. matrim.

137 Neque etiam obstat t l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & funer. sumptib. loquitur enim quando res priuata omnia necesarria est ad vsum sepulchri, vt est iter ad eum, sine quo nullus esset vius, non autem est idem dicendum, quo ad sepulchri constructionem, vel ampliorem ædificationem, vt Couarr. proximè allegatus ponderat, versic. sic nec addes, quod responsum illud iuris consulti eum habet lenum, quod Prætes compellat priuatum iter vēdere vicino ad sepulchrū; eo quod talis venditio non sit ei multum dam-

Tom. I.

nosa, cum & si iter præstet, fundus apud ipsum dominū maneat, fino iudex admonetur, vt prospiciat ne magnum detrimenntum vicinus patiat, vnde consultus videtur velle minimè cogendum fore vicinum ad venditionem, etiam iusto pretio faciendam, quando magnum detrimenntum in propria re patcretur, quod verificatur si totam rem ad huc soluto præcio iusto dominus vendere cogeretur, vnde illius text. decisio contra nos nequit ponderari.

Et t similiter non obstat l. 1. C. de communis seruo manum: ff. nam fauor libertatis ex eo ibi consideratur, quod seruus, qui libertate donatur communis est donanti, & alijs, vnde non mirum si suam partem socius cogatur vēdere, vt seruus integrum libertatem consequatur, vt declarat l. Regia 2. titul. 22. part. 4. Ias. in l. Jerus. C. de legat. Couarr. latè comprobans d. nu. vlt. vers. rursus, quæ ratio cessat in nostro casu, cum Capella dicta sit propria dictarum D. Beaticis, & sororum, nec in ea partein aliquam habeat, nec communionem Ecclesia, t ratione autem cessante, ces-138 sat dispositio, argum. cap. cum cessante, de appellationibus, l. ad gere, §. quamuis, ff. de iure patronatus, Menoch. lib. 6. de præsumptionibus, præsumpt. 64. num. 20. Marc. Ant. Eugen. conf. 9. nu. 52. & conf. 15. nu. 39. lib. 1. Ioan. Cephal. conf. 279. num. 12. lib. 2. & omnis difficultas cessat in uoltro casu, cum omnia in contrarium adducta, quibus dicta Cathedralis Ecclesia suam fundat intentionem, seu prætensionem, procedant contra prædia prophana, non contra Capellas, & loca pia, & Ecclesiastica, in quibus contrarium est de iure verissimum, vt Ecclesia non habeat priuilegium aliquod contra eas. Ex quibus omnibus censco, sententias in causa ita pronunciatas contra, & aduersus dictam D. Beaticem, & sorores, iniustas esse, & debere, vt tales reuocari, & declarari non posse cogi ad alienandam Capellam, etiam si præmium quolibet eis offeratur, & esse perpetuum silentium super ea imponendum Episcopo, Decano, & Capitulo Ecclesie Carraginensis, & Murcie, & Fabricario eius. Salua, &c.

Et secundum hoc consilium fuit den. um sententiatum ad fauorem Donatæ Beaticis de Perea & Segarra, tuarumq; sororum, quarum hæredes anno 1631. adhuc erant in possessione, vel quasi Capellæ, & iurum sepelliendi in ea, illis que pendet in Romana Curia, ad quā fuit appellatū pro parte Capituli Ciuitatis Murcie, & suæ Cathedrales.

SVM MARIUM.

- 1 Contractus origo est inspicienda.
- 2 Tituli à primordio posterior formatur eventus.
- 3 Origo spectanda est in omnibus rebus.
- 4 Solutionum tempora non considerantur, sed dies contractæ obligatoris.
- 5 Indefinita obligatio, aequipollit uniuersali.
- 6 Generalitas operatur quantum singulorū expressio.
- 7 Genus in iuō genere tantum, operatur quantum species in iuā, pecie.

- 8 Hypotheca generalis anterior, præfertur speciali posterior.
- 9 Procurator per litis contestationis efficitur dominus instantia.
- 10 Mandatum bæredum an sit necessarium ad litis prosequutionem.
- 11 Executua via, ubi competit contra aliquem ita contra eius bæredes.
- 12 Hæreditatis aditio inducitur per consequitio nem bonorum defuncti.
- 13 Actus ex actionis à debitoribus hæreditarijs aditionem inducit.
- 14 Aditio inducitur soluendo debita hæreditaria.
- 15 Locatio bonorum hæreditatis aditione inducit.
- 16 Hominū voluntas declaratur factis sicut verbis.
- 17 Aditio hæreditatis, sit factio sicut verbis.
- 18 Hereditas semel adita, non repudiat.
- 19 Aditione videtur quasi contrabi cum debitori bus hæreditarijs, & num. 20.
- 21 Hæres hæredis, testatoris est hæres.
- 22 Fraus conjecturis probatur.
- 23 Alienatio fraudulenta præsumitur, si alienans remanet in possessione.
- 24 Fraus præsumitur ex alienatione omnium bonorum.
- 25 Idem in alienatione maioris partis eorum.
- 26 Etiam ex causa onerosa.
- 27 Fraus colligitur ex ingenti alienatione.
- 28 Alienatio facta in coniunctam personam præsumitur fraudulenta.
- 29 Coniunctus præsumitur particeps fraudis.
- 30 Cessatio facta in potentiori est probata.
- 31 Cessatio facta à laico in Clericu, non videtur valere.
- 32 Re litigiosa alienatio est prohibita.
- 33 Litigiosa rei alienatione, actio non queritur.
- 34 Litigiosa vitium, inducitur citatione.
- 35 Timor citationis, aut litis verisimiliter mouenda, inducit litigiosum.
- 36 Libelui oblatio iure ciuili, inducit litigiosi vittiū.
- 37 Notitia colligitur ex verisimilibus conjecturis.
- 38 Creditores, qui se habere fecit alienando, videtur fraudem facere.
- 39 Alienationes factae in fraudem creditorum reuocantur.
- 40 Factum proprium non præsumitur ignorari.
- 41 Alienatione fraudulenta rejcia ius executio num transt contra singularem successorem.
- 42 Alienatio facta in fraudo executio, non valet.
- 43 Index ex causa iusta potest invovere alicui, ne alienet.
- 44 Alienationis prohibitio expressa reddit alienationem à principio inutilem.
- 45 Alienatio, ubi impeditur eodem modo, & translatio dominij.
- 46 Fraus, & dolum constat, quando quis non paret Iudicis præcepto.
- 47 Alienatio facta contra prohibitionem testatoris, est nulla.
- 48 Factum Iudicis, & testatoris parificantur.
- 49 Actor exequitur, ententes contra tertium possefforem, in quem fuit translata res litigiosa.
- 50 Scientia, aut ignorantia, non considerantur in vitio litigiosi.
- 51 Titulus, ut litpendete, est ne iuditia fiat illatoria.
- 52 Tertius possessor coactus recognoscere censum ex possessione bonorum, si ea desierit possidere sine fraude, non tenetur in futurum.
- 53 Excusio cessat, ubi notorium est principalem debitorem non esse soluendo.

VE LAZQVEZ.

- 54 Agit de obligatione generali bonorum, & quando transeat instantia in Procuratorem, & inducatur hæreditatis aditio, & de prohibitio ne alienationis, & nullitate illius, si fiat lite mota, vel in creditorum fraudem.

ARGUMENTVM.

¶ Agit de obligatione generali bonorum, & quando transeat instantia in Procuratorem, & inducatur hæreditatis aditio, & de prohibitio ne alienationis, & nullitate illius, si fiat lite mota, vel in creditorum fraudem.

CONSILIVM XIX.

 N Causa, quæ vertitur inter D. Luisiam Carrillo Quixada vti hæredem D. Catherinæ Carrillo eius auia, contra Garsiam Mendaño, eius bona, & hæredes, scilicet Don Alphonsum Otorio, Parochum loci de Garci-Naharro, Don Ioannem, & Donna Agnetem de Haro, nepotes eius, & aduerlus Julianam Abbad, Lucam del Rincon, eius filium, super hæreditate, & immobilibus bonis, litis in loco del Olmedilla, quæ fuerunt dictæ D. Catherinæ, & contra Didacum del Pozo, super molendino del Palmero: & contra Gasparem de las Muelas, vicinum loci de Collados, emptorem bonorum quorundam dicti Garsia: super implemento cuiusdam executoriæ, qua dictus Garsias, & eius bona sunt condemnati ad soluendum quantitatē 1716. fanecarum tritici ab anno præterito 1565. pro redditu molendini prædicti del Palmero, in tauorem dictæ D. Luisæ, sequentia debent in facto, & iure animaduerti.

Primo, dictam executoriam originem trahe re à quadam scriptura obligationis facta per dictum Garsiam Mendaño 1. die mensis Maii anni 1575. quæ se obligauit ex quadam quantitate ei tradita facturum fore clusam molendini prædicti in forma solita, & legitima, alias danna satisfacturum ex sua persona, & bonis, quæ generali, & speciali hypoteca, ad id obligata esse voluit, & huius contractus origo debet inspici, & spectari, l. s. filius, C. ad Macedonianum, l. qui id quod, ff. de donationibus, Crott. conf. 135. nu. 7. & conf. 137. num. 13. Roland. à Valle conf. 32. incip. recolo me, num. 31. lib. 4. I. o. Caphal. conf. 181. num. 7. tom. 2. l. cui fundus, ff. de condit. & demon strat. l. 1. C. de imporenada lucrati decriptione, lib. 10. t. ubi dicitur, quod à primordio tituli posterior formatur euentus, Roland. à Valle conf. 76. incip. magnifica, num. 20. lib. 3.

Nam tamen origo rerū in omnibus rebus est consideranda l. tutor, ff. de fidei suffribus, Roland. à Valle ubi proxime, num. 10. l. 3. ff. de tutelis, Menoch. lib. 1. de arbitri. iudic. q. 80. nu. 105. t. Ideoq; 4. Iurisconsultus ait, non esse spectanda tempora solutionum, sed dies contractæ obligationis, in l. 1. ff. qui potior in pign. habet. l. 17. tit. 17. part. 5. Ro-

Roderic. Suarez in l. post rem iudicatam, in declaratione l. Regni, limit. 7. num. 4. Ideo inspici debet dicta scriptura, quae originem tribuit dictæ executoriæ.

Quare cum dictus Garsias Mendaño obliguerit pro generali, & expressa hypotheca omnia bona sua, tam præsentia, quam futura, omnia qua tunc possidebat remansere obligata, ac si nominatim specificata fuissent, + nam infinita obligatio æquipolet vniuersali, argum. l. si pluribus, vbi Bart. & Doctores, ff. de legat. 2. Ioan. Cæphal. conf. 53. num. 16. & conf. 74. nu. 15. & conf. 104. nu. 28. lib. 1. + nam generalitas tantum operatur, quantum singulorum expensio, l. si duo, in fin. ff. de ad nimir. tutor. glof. in l. si quis mibi bona, §. iussum, ff. de acquir. hæred. Aretin. Socin. & alij, quos refert Ripa in l. 1. num. 51. ff. de vulgar. & pupil. substitut. Cæphal. conf. 150. nu. 13. Roland. à Valle conf. 2. lib. 9. lib. 4.

7 Quia + genus in suo genere tantum operatur, quantum species in sua specie, l. si chorus, ff. de legat. 3. idem Roland. conf. 9. nu. 10. lib. 4. Menoch. lib. 3. de præsumption. præsumpt. 98. num. 22. Alex. conf. 30. num. 10. lib. 3.

8 Nam + ista generalis hypotheca est tantæ efficacia, vt posteriori speciali preferatur, l. 2. ff. qui potior in pignor. habeant. vbi Papinianus inquit: Qui generaliter bona debitoris pignori accepit eo potior est, cui postea prædium ex his bonis pignori datur, quamvis ex ceteris pecuniam suam redimere possit, l. si generaliter, C. eod. titul. Ripa in l. priuilegia, num. 7. ampliat. 5. ff. de priuile. credit. Negus. de pignorib. membr. 2. nu. 14. Felician. lib. 5. de censibus, cap. 5. num. 11. Ioan. Gutier. allegat. 5. nu. 1. unde onnia bona dicti Garsiae Mendaño remansere obligata, & ex eis est satisfaciendum prædictæ D. Luisæ, de quantitate omni sibi debita virtute dictæ executoriæ.

Nec obstat dicere executoriam prædictam fuisse datâ post mortem dicti Garsiae Mendaño, quia litigata fuit cù Procuratore legitimo eius, 9 + qui per contestationem litis, & acceptatione mandati fuit effectus dominus instantiae eo ipso, quod coepit tractare demeritis causæ, l. nulla, vbi Doctores, C. de Procuratoribus, l. 23. tit. 5. part. 3. 10 vbi Gregor. Lop. glof. 2. & 3. + nec est necessarium mandatum nouum hæredum defuncti, cum quo lis agebatur text. à contrario in l. mandatum, vbi Doctores, C. mandati. Laderchius de Imola corf. 149. & si in foro, nu. 1. lib. 1. l. si cum Procuratore, vbi Ias. nu. 2. ff. de re iudic. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. par. §. 9. n. 28. dicens eo iure vii Magistratus supremos Vallitoletani conuentus.

Vnde dicta executoria, non solum exequi vallet contra dictum Garsiam Mendaño, sed contra eius hæredes, + nam via executiva (vbi competit) potest agi non solum aduersus debitorem, sed etiam aduersus ipsius debitoris hæredes, vt constat l. ex contractu, ff. de re iudic. Bart. Paul. & Alex. in l. postulante, ff. ad Trebellianum, Roderic. Suarez in extens. 1. ad l. Toleti, Ant. Gomez in l. 64. Tauri, num. 5. Burgos de Paz conf. 34. num. 1. Parlador. d. cap. fin. 4. part. §. 1. num. 1.

Tom. I

Neque obstat dicere dictum D. Ioannem de Haro, & D. Agnetem eius sororem repudiare verbaliter hæreditatem dicti Garsiae Mendaño sui aui, nam id factè, & per simulationem est factum, cum probatum sit pro parte dictæ D. Luisæ eos hæreditatem adiuuisse defuncti bonis se immiscendo, & redditus eorum percipiendo satisfecisse, quibusdam creditoribus eius, & à debitoribus debita postulasse, & recuperauisse, + nā 12 hæreditatis aditio inducitur per consequutionē bonorum defuncti, iuxta sententiam Bartoli, in l. gerit, ff. de acquir. hæred. quem multi sequuntur, vt per Alex. in l. non hoc, num. 5. C. unde legitimi, Ioan. Cæphal. conf. 56. nu. 48. tom. 2. l. 1. & 2. C. de repudianda hæredit. Alex. in l. non hoc, nu. 4. C. unde legitimi, & conf. 126. vi. 10 processu, num. 1. & 2. lib. 7. Ias. conf. 3. num. 3. in fin. lib. 1. Dec. conf. 278. num. 6. Cæphal. conf. 294. nu. 19. tom. 2. Alex. conf. 32. vi. 10 processu, num. 1. lib. 3. Caualc. decisi. Fiuz. 28. num. 2. l. 11. tit. 6. part. 6.

Et similiter, + quando quis exigit debitores 13 hæreditarios, cum actus iste fieri non possit citra ius, & nomen hæreditarium, l. pro hærede, §. 1. ff. de acquir. hæred. Maranta in l. is potest, num. 75. eod. tit. Alciat. responso 354. nu. 5. Asinius in l. 4. §. nec quis putet, num. 167. ff. de relig. & jumpt. funer. Cæpol. caut. 204. Socin. Senior cnys. 45. nu. 5. lib. 4. Alex. dict. conf. 32. nu. 1. Menoch. lib. 4. de præsumption. præsumpt. 96. num. 18.

Et + ex solutione debiti testatoris, l. 2. vbi Bart. 14 & alij, C. de iure deliber. Alex. in l. 1. num. 2. eod. tit. Dec. conf. 278. nu. 61. Alex. vbi proxime, Ludou. Morot. responso 47. nu. 14. l. parentibus, de inoff. testam. Paul. de Castr. conf. 292. incip. circa primum, num. 3. lib. 2.

Et similiter ex locatione bonorum hæreditatis dicti Garsiae, + nam & actus huiusmodi nequit fieri citra ius, & nomē hæredis, vt clarè decidit Bart. in l. gerit, vers. circa tertium principale, ff. de acquir. hæred. & probat d. l. pro hærede, §. 1. Bald. in §. pro hærede, per text. ibi, Instituta de hæredum qualitate, & differentia, Corn. confil. 103. nu. 4. & conf. 165. num. 44. lib. 2. Alex. d. conf. 32. n. 1. Aymon. conf. 837. n. 7. Ias. conf. 112. n. 28. lib. 4. Macant. supr. nu. 77. Asinius in d. §. nec quis putet, n. 151. Menoch. vbi proxime, n. 17. & probat d. l. 11. tit. 6. par. 6. ibi: O arrendandola, o disfrutadola, o vjando dell. 1. & ibi Gregor. Lop. glof. 3. & 4.

Quorū est ratio, + quia hominum voluntas ita declaratur factis, vt verbis l. Paulus respondit, ff. rem ratam haberet, Socin. Iunior conf. 98. num. 13. lib. 1. & conf. 61. nu. 35. lib. 2. Craueta conf. 91. nu. 10. & conf. 204. nu. 11. + & in specie additio- 16 nis hæreditatis, vt non sit minus adire facto, quā verbo, tradit Paul. de Castr. d. cōf. 292. n. 3. & cōf. 113. incip. contra superius, n. 2. part. 1. Crauct. confil. 348. nu. 4. Menoch. vbi proxime, nu. 1. 17

Vnde non poslunt prædicti allegare modo se repudiare hæreditatem dicti Garsiae, + nam qui tenet hæreditatem adiuit non potest eam repudiare, l. sicut, C. de repudianda hæreditate, l. ei qui jovento, ff. de hæredibus instituendis, l. quod sine, §. sed quod Papinianus, ff. de minoribus, §. restitu- M 2 ta,

ta, Instit. de fideicom. hæred. Boer. conf. 53. num. 13. Menoch. vbi proxime, n. 31. & pragm. 141. n. 27.
 19 Nam † per supradictam acquisitionem videatur quasi contraxisse cum creditoribus hereditariis, l. 1. C. si cert. pet. Roland. à Valle conf. 8. incip. pon-
 20 deratis, num. 25. lib. 2. † & ideo debita defuncti soluere tenentur, l. 2. cum similibus, C. de hæreditariis actionibus, Cæphal. conf. 1. 8. nu. 16. tom. 1. Gregor. Lop. in l. 10. tit. 6. part. 6. glof. 2.

Maxime cum dicta D. Agnes de Haro sit etiā hæres dicti D. Alphōsi Oñorio Carrillo eius fratri, qui & hæres fuerat dicti Garsia Mendaño sui aui, vnde ex hac etiam parte eius eit hæres,
 21 nam † hæres hæredis eft hæres testatoris, l. fin. C. de hæredibus insituendis, Roland. à Valle confil. 32. incip. recolo, nu. 7. vol. 4. Bart. & cæteri in l. pa-
 terfamilias, ff. de hæredib. insituendis, Cæphal. conf. 46. nu. 3. tom. 1. Ideò contra eam, & eius fratrem debet executioni mandari præcincta executoria.

Et idem obtinet aduersus dictos lulianam Abbad, & Lucanu del Rincon, Didacum del Pozo, detinentes immobilia bona, quæ fuerunt dictæ D. Catherine in loco del Olmedilla, quæ cessa fuetunt per dictum Don Alphonsum Oñorio, absque alicuius prætij interuentione, & cum solo certo onere cenuum quorundam, quibus dicta bona ab antiquo erant obligata, quod constat, quia dicta D. Luisia litigabat cum dicto Garsia Mendaño, petens ipsiū compelli ad restituendū ei dicta bona, q. nec alia immobilia, quæ habebat in loco de Collados, cedere, aut donare d. D. Alphonso Oñorio non potuit; † nam hoc fuit factū in fraudem, & cū hæc coniecturis probetur, cap. 2. de renuntiatione, lib. 6. Abb. in cap. nobis 27. nu. 4. de simonia, Crauet. conf. 100. nu. 3. & conf. 143. nu. 12. Decian. conf. 32. nu. 4. lib. 3. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. casu 459. num. 4. & lib. 5. de præsumpt. præsumpt. 3. num. 34. est certissimum interuenisse in hoc casu ex lequentibus.

Primo, quia dictus Garsias Mendaño non obstante dicta cessione retinuit possessionem omnium dictorum bonorum per totum tempus suę Vitę, nec dictus D. Alphonsus commodum aliquod habuit ex dicta donatione, nisi à die mortis 23 lui aui, † & alienatio præsumitur facta in fraude, quando alienans in possessione perseverauit, iuxta text. notabilem, in l. sicut, §. superius, ff. quibus modis pignus, vel by portea soluitur, l. si quis, ff. de acquiren. hæredit. l. si quis, in fin. C. de naturalibus liberis, l. & quis sub imagine, vers. si clam, C. de distract. pignor. l. non intelligitur, §. si quis palam, ff. de iure fisci, Bart. in l. post contractum, num. 4. ff. de donationibus, Tiraquel. de retrætū lignag. §. 1. glo. 14. num. 35. Menoch. de præsumptionib. lib. 3. præsu. npt. 124. num. 3. decil. Genuæ 13. num. 40. Matienço in l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopil. glof. 10. nu. 9. & glo. 13. num. 7. Peguera in quæ, ionibus criminibus, cap. 50. num. 4. Pechius in tract. de testam. coniugum, lib. 2. cap. 4. num. 2.

Maxime cum alienatio prædicta sit tam ma-
 24 gnæ quantitatis, † nam non solum præsumitur fraus ex alienatione omnium bonorum, l. omne, §. Lucius, ff. que in fraudem creditorum, l. 7. titul.

15. de cessione bonorum, part. 5. Alex. conf. 55. nu. 5. lib. 1. Matienço in l. 11. tit. 10. lib. 5. Recopil. glof. 3. num. 1. Bart. in d. l. post contractum, num. 2. Picus 36. vers. ego sic dicerem, Alciat. num. 40. Cæphal. conf. 325. num. 3. & nu. 48. lib. 3. Natta conf. 549. nu. 6. lib. 3. Menoch. vbi proximè, nu. 7. Guillelmus Onciacus in question. Academicis, lib. 2. q. 21. n. 3. & q. 38. n. 6. [Giurba conf. 54. n. 2] † seu 25 ex maioris partis bonorum, vt per Alciat. in d. l. post contractum, nu. 40. Ioan. Annibal. nu. 90. & 92. tradit idem Menoch. nu. 8. Alex. conf. 108. nu. 3. lib. 4. Gregor. Lop. in l. 7. tit. 15. part. 5. glof. 3. Ioan. Gutier. conf. 14. nu. 18. Peguera supra nu. 2. Stracha in tract. de decoctorib. part. 3. num. 29. Pechius d. nu. 2. [Giurba conf. 54. nu. 3.] † etiam si hoc fieret titulo oneroso, glof. verbo modum, in l. qui testamentum 27. ff. de probation. glof. Bart. & Doctores in d. §. Lucius, glof. 1. in l. patronus, ff. de probation. Matienço d. glof. 3. n. 2. Menoch. a. præsumpt. 124. nu. 11. Peguera d. num. 2. 26

Verum etiam quando fieret quælibet ingens alienatio, † nam & eo casu fraus præsumitur, bald. in l. fraus, vers. item præsumitur, ff. de legibus, & notatur in l. nomen, §. filio, ff. de legat. 3. vbi glof. quā allegat ad hoc Bart. in l. 1. q. 3. nu. 1. C. si quid in fraudem patroni, Dec. conf. 587. nu. 9. Peguera d. num. 2. & 9. Afflict. decil. Neapolit. 370. num. 12. [Giurba conf. 54. num. 7.] 27

Quod certius est, quando alienatio fit in coniunctam personam, vti erat dictus D. Alphontus respectu lui aui, † nam & hoc fraudis præsumptionem præfert, l. data, C. de donationibus, l. penult. in princip. ff. de bon. libert. cap. fin. infine, de renuntiat. lib. 6. Bart. in dict. l. post contractum, nu. 3. Ial. in §. item si quis in fraudem, num. 41. Institutu de actionibus, decil. Genuæ 13. nu. 38. Peguera d. cap. 50. num. 3. Anchar. conf. 251. col. 2. Matienço in l. 1. tit. 19. glof. 1. num. 7. † nam iudicatur particeps fraudis propter coniunctionē, argum. l. octau. ff. vnde cognati, l. de tutela, C. de in integr. resūt. Picus in d. l. post contractum, n. 46. Angel. conf. 48. nu. 2. Menoch. vbi supr. num. 26. infine. 28

Et quia dictus D. Alphontus Oñorio eft Clericus Presbyter, & ciuerli fori, vnde sicut alienatio, † & celsio facta in potentiores est prohibita, nec domini conditio deterior fiat, l. si quis curialis, C. locati, l. milites, C. de alienatione iudicij mutandi causa facta, cap. 2. de aliebat. iudicij, Bellam. conclus. 724. rubr. de feudis, Rebuff. in repet. l. vnic. C. de sententij, que pro eo, quod interest, proferuntur, glof. 1. num. 158. [Nouar. qq. foren. part. 1. q. 81. nu. 1.] † celsio facta de laico in clericum, no 31 valet eo, quod videtur facta potentiori ratione officij, vel priuilegi fori, vt notatur in cap. 2. de alienat. iudicij, & argum. l. 1. & 2. C. ne liceat potentioribus, Iacob. de Arena in tract. de cessione iuriis, & actionis, rubr. 3. nu. 50.

Et confirmatur, quia dicta bona erant litigiosa cum super eis lis verteretur inter dictam D. Luisiam, & dictum Garsiam Mendaño, † rei au- 32 tem litigiosæ est prohibita alienatio, vt in l. 1. & per totum, ff. & C. de litigiosis, l. 13. titul. 7. part. 3. Bellam. etra conclus. 748. nu. 3. Bald. in l. quia etiam, nu. 3.

nu. 3. in addit:onib. ff. de alienat. iudicij; Matienzo. in l. 8. tit. 7. lib. 5. Recopil. glos. 5. num. 18. Lapus al-
33 legat. 136. incip. curiose, num. 3. & si fiat † de facto
ex tali alienatione actio non acquiritur, idē Bald.
in l. Julianus, §. sed cum, nu. 4. ff. de action. empt. &
in l. ex hoc ed. cōto, §. ait Prator, nu. 1. ff. de alienat.
iudicij, Roderic. Suar. cons. 7. num. 32. Boer. decisi-
33. num. 2. dicens, hoc etiam procedere in dona-
tione rei litigiosæ, Afflict. decij. 331. nu. 2. capitulo-
lum conuentus 151. rubr. de conuentis, qui alienant
possessionem in cap. Regni Neapolis. [Et Franch. de-
cij. 555. num. 5. tenuit, quod clericus tanquā tur-
bans iurisdictionem iudicis laici accipiendo rem
litigiosam, videtur posse conueniri coram iudi-
ce laico.]

34 Maximè † cū ad indicendū vitiū litigiosi suf-
ficiat, non solū citatio, l. 1. C. communi diuidundo,
cum alijs, de quibus Bald. in l. dudum, nu. 4. C. de
contrab. empt. iūcta clement. 2. vt lite pendēte, Gui-
do Papæ decij. 337. vbi additio nu. 5. verū † & ti-
mor citationis litisq; mouenda rē litigiosam fa-
ciunt, l. summa, §. sed solū, ff. de pecul. Cæsar Vrsill:
in addit. ad Matth. de Afflict. decij. Neapol. 294:
36 nu. 4. † vel iure ciuili, & authenticorū per solam
libelli oblationē, authent. litigiosa, C. de litigiosis;
Guido Papæ d. nu. 5. imò & per verisimilem no-
titiam, l. quidam deceders 6. ff. de administr. tutor.
ibi: Innoteſcere autem qualiter cunq; ſufficit, nō uti-
que teſtato eum conueniri: nam & ſi vitra teſtatio-
nem, ſcilicet undecunq; cognouerit nulla dubitatio
eft, quin debeat periculum ad iſum reſpicere, clement.
cauſam, de electio. Roman. cons. 403. nu. 17.
& conj. 410. nu. 2. Felin. in cap. gratum, num. 4. de
offic. deleg. Hippolyt. in l. de uno quoque, nu. 152. ff.
de re iud. Ruin. cons. 62. num. 33. vol. 5. Bellamera
decij. 538. Ofascus decij. Pedemont. 9. nu. 23. Surd.
37 cons. 88. num. 10. & 11. vol. 1. † vbi concludit fa-
tis eſt, quod talis notitia probetur ex verosimi-
libus coniecturis, lecundūm Abbatem in cap. quia
diuerſitatem, nu. 7. de concess. prebend. Tiber. De-
cian. cons. 18. num. 98. & seq. vol. 1.

Vlterius, quia dicta D. Luisia erat creditrix di-
cti Garsiæ Mendaño, virtute dictæ obligationis
per ipsum factæ super dicti molendini clusa fa-
cienda, vnde nequivuit in fraudem eius bona,
38 maxime litigiosa alienare, † nam qui ſe habere
creditores ſcit alienando, vidietur fraudem face-
re, l. ſi quis cum haberet, ff. quæ in fraudem credito-
rum, Stracchia in tract. de decoctoribus, 3. part. nu.
34. Peguera d. cap. 50. num. 10. l. 7. tit. 15. part. 5.
39 vbi Gregor. Lopez glos. 6. † & ideo alienationes
reuocantur, vt C. & ff. quæ in fraudem creditorum,
& in princip. & §. in fraudem, In lituta quibus ex
cauſis manumittere non licet, §. item ſi quis in fra-
dem, Instituta de actionib. Molin. tom. 2. de iuſtit.
aſput. 328.

Quod ignorare nō potuit dictus Garsiæ Mē-
40 daino, i argum. l. quanquā, ff. ad Velleian. vbi pro-
prii facti ignorantiam non potest quis præten-
dere, Alexand. cons. 118. incip. in cauſa, & lite, nu.
9. lib. 2. Cæphal. cons. 23. n. 99. lib. 1. l. fin. in fine, ff.
pro juo, & leph. Ludou. decij. Perufin. 23. nu. 34.

Vnde habet locum via executiuā etiam aduer-
Tom. I.

sus dictos Julianam Abbad, Lucam del Rincon,
& Galparem de las Muelas, in quos fraudulēt
fuerunt translata dicta bona per dictum D. Al-
phonsum Olorio, † nam alienatione reſcissā, 41
quando est facta in fraudem ius executiuā, etiā
virtute ſolius perfonalis actionis, trāſit in singu-
larem ſuccellorem, ita ex d. §. ſi quis in fraudem,
& l. 3. ff. de alienat. iudic. mut. cauſa facta, trādit.
gloſ. magna ibi, & Angel. in l. creditores, col. 5. C.
de pignor. vbi fuit de mente Bart. Roderic. Suar-
rez in l. poſt rem iudicatam, in declaratione legis
Regni, limit. 1. nu. 15. pro quibus facit Bald. in l.
ob maritorum, num. 8. C. ne vxor pro marito, &
in l. executorem, col. 7. num. 27. C. de execut. rei ru-
dic. quorum meminīt locorum Gregor. Lopez
in l. 13. tit. 7. part. 3. gloſ. 3. in fin. vbi dicit, † quod 42
ſi in fraudem executionis alienatio fiat no valet,
ex l. chirograph: s, §. fin. ff. de adminiftr. tutor. Af-
flict. decij. Neapol. 396. nu. 10. vbi Cæſar. Vrsill:
in addit. nu. 7. idem in decij. 231. nu. 1. & 2. vbi n.
3. intelligit etiam quando in clericum eſlet fa-
cta translatio, vnde prædicta militant, non ſolum
quo ad dictum D. Alphonſum verum, & quo ad
dictos Julianam Abbad, & conforites.

Pro quo facit, quod dicto D. Alphōſo fuit in-
iunctum, & mandatum ad instantiam dictæ D.
Luisie, quod nullo modo alienaret bona immo-
bilia, ita in dicto loco del Olmedilla, nec molē-
dinum del Palmero, ſuper quorum reſtitutione
liteni traçtabat, vnde alienatio in contrarium fa-
cta, eſt inutilida, † ſiquidem ludex poteſit inhibe-
re alicui ex cauſa iuita ne alienet, l. ſi ſciens, ff. de
contrab. empt. l. ſeruus hac lege, ff. de manumission.
Alex. cons. 103. viſis scriptis, num. 7. lib. 2. & cons.
240. per pfectis, & pondératis, num. 3. l. b. 6. & in
l. ſi ſidei uffor. in fin. ff. qui ſatid. cogan. l. de pollicita-
tionibus ff. de pollicitat. Bald. in l. per diuersas, q. 9.
C. mandati, & in l. 1. q. 3. C. de contrab. empt. Petr.
Rauen. in alphabeto aureo, vers. alienatio, Villalob.
in antinomij, litera A. num. 108. Emanuel Suarez
inter communes Doctorum opiniones, lib. 6. tit. 15.
C. de iuſtit. & ſub iuſtit. num. 235. Roderic. Suar. in
l. 2. tit. de los emplaçamientos, §. ſed attende, nu. 10:
& 11. Noguerol. allegat. 20. num. 138. † & ta-
44 lis alienationis prohibitio expreſſa reddit aliena-
tionem à principio inutilem, vt eſt gloſ. receptiſ-
ſima in l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2. Paul.
Castr. in l. ſeruio legato, §. 1. & l. filius familiæ, §.
Diui, num. 7. ff. de legat. 1. Laderch. de Imol. cons.
150. nu. 3. lib. 1. Burgos de Paz cons. 44. num. 3. &
ideo non poteſt prætendi dominiū aliquod fuſi-
ſe prædictis acquisitū in huiusmodi bonis, nam
vbi impeditur alienatio, † impeditur translatio 45
domini, l. fin. C. de reb. alien. non alien. l. non dubiu,
C. de legib. Rolan. à Valle ej. 33. viſis, n. 24. lib. 1.
& Peguer. in dictis qq. crimin. cap. 49. nu. 5. & eſte
poteſt ratio, † quia traus, & dolus conſtat, quādo 46
quis non vult parere iudicis præcepto, l. ſi Procu-
rator, §. dolo, ff. mandati, gloſ. & Doctores in l. do-
lū, C. de dolo, Burg. de Paz cons. 37. nu. 16. cū certū
de iure ſit, quod lite mota, licet eſlet ſuſpicio
poteſt fieri præceptū de nō alienando, vt in l. Di-
uit. ff. de petit. hære. Rod. Suar. d. §. ſed attēde, n. 11.

- 47 Facit vltierius, † quod alienatio alicuius rei facta contra prohibitionem testatoris, est ipso iure nulla, ex glos. verbo ne id alienarent, in d. §. Diui, num. 100. in 2. lect. Ioan. Gutier. in l. nemo potest, num. 25. ff. de legat. 1. & ita idem erit in prohibitiōne iudicis, † quia factum iudicis, & testatoris parificantur, l. non est mirum. ff. de pignor. action. l. Si ita fuerit, ff. de manumiss. te. amen. glo. in l. censesmis, §. fin. ff. de verbor. obligat. Paul. Castr. conf. 322. vñis actis, num. 2. part. 1.

Et facit in confirmationem, nam si exequi nō posset in dictis bonis dicta D. Luisia fraudaretur effectu dictae executoriae, & omne suum ius, & expensas in ea consequenda factas amitteret, 49 quod dicendum non est, † nam vt resolutum ex sua sententia, Parlador. d. lib. 2. cap. fin. part. 4. §. 5. nu. 9. quod si agatur, siue actione in rem, siue in personam, siue de re ipsa, siue de quo alio iure alienationem rei, de qua, aut super quam controvēsia fuit litigante factam non impedire, quo minus actor possit rem iudicatam aduersus tertium postficiōrem persequi, ac si alienatio factum fuisse ex l. 2. C. de litigiosis, l. quanquam, §. Julianus, ff. de aqu. pluu. arcen. l. si mater, §. si egero, ff. de excep. rei iudic. Ceballos tom. 3. prætuar. question. q. 820. nu. 32. & seq. dicens, quod si post litē accepta res litigiosa fuit alienata, tunc aduersus possidētē potest sentētia executioni mādarī, cum alienatio nulla fuerit, l. final. C. de litigiosis, 50 idq; recto iure, † siue sciuerit, siue ignorauerit rem litigiosam, quia scientia, vel ignorantia non tollit vitium litigiosi, Couar. in practic. question. cap. 15. num. 7. Gregor. Lopez in l. 13. tit. 7. part. 3. Vincent. de Franch. decis. 5. 45. num. 3.

51 Maximē, quia ratio prohibitionis tituli † ne liceat pendente innouetur, generalis est, & late patet, ne iuditia illusoria fiant, & in vanū litigatores laborent contra prohibitionem, text. in cap. finem litibus, de dolo, & contumacia, cap. 3. vt liceat pendente, ibi: Ne si obtinuerit in iudicio in vanum labore, l. si Prator, ff. de iudicis, Roland. à Valle conf. 47. num. 8. vol. 3. nam vt bene ponderat Parlador. nulla iuris ratio patitur, vt actor tot iudiciorum dispendia paslus, fractusq; & exhaustus sumptibus, & praginaticorum morositate, cum tandem victoria frui sperat, omni ipse frustratus Cum nouo rei litigiosa posficiōre ex integro experiri necesse habeat, & ideo a quo iure executio potest intentari contra bona posficiōla per dictos Julianam Abbad, & consortes.

Neq; obstabit dicere eos recognouisse annū censem impositum in prædictis bonis à tempore dicta D. Catherine, & Ioannis Florez eius filii, & redditus soluiss; nam similiter dictorum bonorum ususfructu redditibus, & commoditatibus sunt vni, nec aliquam pecuniam soluerunt pro dictis bonis, vnde dicta recognitione non possunt se iuuare, siquidem ex ea damnum aliquod pati non possunt si bona desierint possidere. † Nam tertius posficiōr bonorū centualium, cui ratione huius posficiōnis fuit coactus censem recognoscere, erit tantum obligatus redditū soluere, dum fuerit dictorum bonorum posse-

VE LAZQVEZ.

sor. nam si absque illius fraude ad aliū derenerit posficiō bonorum, non poterit prior possefor ad solutionem redditus conueniri, vt per bonas rationes probat Couarr. lib. 3. variar. resol. cap. 7. nu. 6. vers. binc etiam, Redoan. tract. de reb. Eccl. non alienan. rubr. de constitutione annui census in relbus Ecclesiasticis, nu. 68. quorū meminit lo. Gutier. lib. 2. practic. qq. q. 177. num. 4.

Neque obitabit dicere prius debere executionem fieri aduerius reliqua bona, quæ remanere per mortem dicti Garsie Mendaño, nam vti probatum habet dicta D. Luisia dicta bona non sufficiunt ad soluendum dimidiā partem eius, quod sibi debetur, ideo no est opus dicta excusione; † nam excusio tēsat, vbi notorium est 53 principalem debitorem non esse soluendo, vt voluit Bart. in l. fin. ff. si cert. petat. & in l. decem, ff. de verbor. obligat. Afflict. decis. Neapol. 318. num. 3. Gregor. Lopez in l. 14. tit. 13. part. 5. glo. 5. limit. 14. Anton. Gom. tom. 2. variarum, cap. 13. nu. 14. Ant. Gabriel concl. 1. de fideiussor. n. 50. Kircouius inter communes Doctorum opiniones, lib. 8. tit. 25. C. de fideiussor. nu. 129. Azeuedo in l. 13. tit. 5. lib. 3. Recopil. num. 4. Ioan. Gutier. conf. 50. num. 21. Ex quibus omnibus censeo dictam executoriam debere executioni mandari cum effectu contra omnes supradictos, quousque dicta D. Luisia iustitia complementum, & sui debiti integrām solutionem conseqūatur. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Sermo debet à diffinitione proficiisci.
- 2 Aqueductus dicitur ius aquæ ducenta per fundum alienum.
- 3 Seruitus non presumitur.
- 4 Aqueductus ex flumine publico habet easiam perpetuam.
- 5 Fauore Reipublicæ prohibetur locorum publicorum præscriptio.
- 6 Bona publica non sunt in nostro commertio.
- 7 Publica bona, quæ propriè sint.
- 8 Via publica nullius priuati est, sed populi.
- 9 Via publica non prescribitur, quamvis multo tempore illa non sit aliquis usus.
- 10 Deus mādauit Amorræos deleri, quia prohibuerunt filiis Irael transiit per viam Regiam.
- 11 Publica utilitas priuata præfertur.
- 12 Priuati interessē non attendit, vbi publica versatur utilitas.
- 13 Gentis bonum melius est, quam bonum unius.
- 14 Proprio in loco non potest aliquid fieri, quo usus alterius incommodetur.
- 15 Concessio seruitutis aqueductus, intelligenda est sine damno alterius.
- 16 Publico in loco fieri non debet aliquid, quo publicus usus incommodetur.
- 17 Damnum pati dicitur, qui commodum amittit, quod ex publico habebat.
- 18 Via publica exemptus, aut coarctatus commetus, Iudex ad prislinum reducit.
- 19 Ad fiduciam si viam, aut publicam utilitatem iadat Iudex demoliri facit,

- 20 Utilitas publica versatur, in instructione viarū.
 21 Aqua naturaliter descendit ad locum inferiorem.
 22 Aquarum cursus naturalis ad alium locum non potest diuerti.
 23 Intell. manifeste, C. deseruitutib, & aqua.
 24 Dispositio intelligitur secundum solitum.
 25 Seruitus aquæ ducendæ non potest ad alium locum mutari.
 26 Aqua, in qua priuatus habet ius, non potest à solo cursu diuerti.
 27 Præiudicium auersionis aquarum est multum considerabile.
 28 Inferiores agunt contra superiores, ut aquas veteres restituant, ut solitum cursum retineant.
 29 Publico loco interueniente non constituitur seruitus.
 30 Locus publicus, medius inter locum dominantem, & seruentem, impedit seruitutem aquæductus.
 31 Aqua duci non potest per publicum sine Principiis, aut Senatus permisso.
 32 Medium prædium, quod non seruit impedit quæcunque seruitutem.
 33 Seruitus aquæductus quo tempore regulariter acquiratur.
 34 Seruitus discontinua requirit tempus immemoriale.
 35 Scientia, & patientia inferiorum, & bona fides superiorum requiruntur in seruitutibus aquæ.
 36 Titulus etiam requiritur.
 37 Bona publica nec in parte possunt prescribi.
 38 Partis, & totius idem est ius.
 39 Dominium non probatur ex possessione terrarum particularium intra fines limitatos Ciuitatis, aut Villæ.
 40 Ciuitas, aut Villa probato privilegio limitatiu terminorum, probat dominium in toto territorio, & partibus eius, nisi titulo, aut prescriptio legitima probetur contrarium.
 41 Leges Castellæ agentes de restitutione terminorum, procedunt etiam in villis Marchionum, & Baronum.
 42 Verbum specialiter importat, idem ius per maiortatem rationis.
 43 Bona publica alienari non possunt.
 44 Rex, aut Dominus temporalis non potest donare bona Ciuitatum, aut villarum, flumina, aut exita, nec sibi occupare.
 45 Seruitus non potest constitui in bonis publicis.
 46 Ius aquæductus, immemoriale tempus requirit.
 47 Intellectus l. fin. ff. de usucaptionibus.
 48 Prescriptio exclusa non censetur excludi immemorialis.
 49 In reservatis Principi tempus immemoriale requiritur.
 50 Reservata soli Principi in signum privilegij requirunt tempus immemoriale.
 51 Usus cuius non est memoria in contrarium operatur, idem quod Principis licentia.
 52 Immemorialis tantum potest, quantum Rex, aut Imperator cum causa.
 53 Aqua, ut possit duci de publico requiritur tempus immemoriale.
 54 Remedium restitutorum terminorum, iuxta le.

gem Toleti est summarium, & in eo non habet locum reprobatio testium.

ARGUMENTVM.

De seruitute aquæductus, & an aqua diversi valeat, à solito cursu, taliter quod vis, aut loco publico, vel alicui tertio noceat, & de prescriptionis immemorialis vigore, & remedijs restitutorijs pro territorio publico competentibus.

C O N S I L I V M X X .



I VINO Postulato subsidio in lite, & causa, quæ vertitur inter Concilium, Decuriones, & iustitiæ Officiales villæ de Tragacete, contra Petrum de Torremocha Vicarium, & Petrum Caxa vicinum dictæ Villæ, super quodam aquæductu, & riuo ab ipsis manu facto in loco quodam publico dicti Concilij; pro parte dicti Concilij, vt dictus aquæductus exsicutetur, & terra vti erat solidetur, & aqua ducatur, qua duci solebat, scilicet inter hortum dicti Petri Caxa, & solarium eiusdem ex sequentibus apparebit luri consonum.

Primo presuppono, † vt à definitione profici car, & apertior fiat res, de qua tractatur iuxta Vlpiani doctrinam in l. 1. ff. de dolo, Cicero lib. 3. officiorum, Villalpando in libro summularum, cap. 5. vers. ex his, Tiraq. de retractu lignag. in prefatione, num. 7. œconomia canonica autbor. 1. classi, cap. 1. §. 2. in princ. l. 1. tit. 16. par. 7. sermo est agendum de aquæductu: † ius enim aquæ ducendæ per fundum alienum dicitur aquæductus, l. 1. ff. de seruit. rustic. præd. or. Io. Corrasius in rubr. ff. de seruit. n. 121. Cepol. de seruit. rustic. præd. or. cap. 4. n. 1. Cuiatius in tract. 9. ad Africanum in princ. §. per plurimum, Conan. lib. 4. commentar. iuris ciuilis, cap. 11. Parlador. lib. 1. rerum quotidianar. cap. 6. §. 1. n. 3. l. 4. tit. 3. par. 3. vbi Gregor. Lopez glof. 1. & est text. in l. 1. hoc interdictum, ff. de riuis, Menoch. de retinend. possessio. remed. 6. num. 5.

Quæ seruitus non inuenitur imposita, vt riuis, siue aquæductus per locum publicum duci possit, † quia seruitus non presumitur, vt in propriis terminis seruitutis aquæ ducendæ, ex l. altius, C. de seruitutibus, & notatis in l. si prius, ff. de noui oper. nunciat. tradit Alciat. responso 395. incip. est copiose, n. 3. Roland. à Valle conf. 82. n. 6. vol. 2. & conf. 5 o. n. 38. lib. 3. præcipue interueniente fauore loci publici, in quo seruitus acquiri non potest.

Pro quo primo fuit resolutio Guillelmi de Onciacis lib. 1. question. academic. q. 82. num. 2. dicentis, quod sic vt in l. 2. ff. de aqua quotidiana, & æstua, † aqua ex flumine publico ducatur, licet is modus continuari seruitutem sit, quia perpetuam causam habet, vt tradit Petrus Planteanus in §. æquæ si agat, nun. 14. instituta de actionibus, † prohiberi tamen prescriptiōnem fauore publicæ cause, l. præscript. ff. de usucaption. his ver.

verbis: *Prescriptio longè possessionis ad obtinenda loca iure gentiū publica concedi non solet.* l. 7. tit. 29. par. 3. cum ait: *Plaza, nin calle, nin camino, nin defesa, nin exido, nin otro lugar qualquier semejante deslos, sea en uso comunalmente del pueblo de alguna ciudad, o villa, o castillo, o de otro lugar, non lo puede en ningun oine ganar por tiempo.* Et est casus notabilis, in l. iniuriarum, §. si quem tamen, ff. de iniurys, ibi: *Vsurpatum tamē Roderic Suarez allegat.* 17. num. 5. & conf. 8. num. 7. facit text. in l. a diligent, C. de aqueductu, lib. 11. l. prescriptio. C. de operibus publicis, l. viam, ff. de via publica, Auendaño par. 1. cap. 12. Prætorum, nu. 6. Azo trahit de vsu apionibus, rubr. de vsu capione pro emptore, num. 16. & Seneca lib. 11. epist. 80. ad Lucilium: *sunt enim publica Iuris consulti negant, quicquam publicum vsu capi.* idem Seneca lib. 13. epist. 89. [Caput. de regim. Reip. cap. 7. §. 16. num. 19.]

6 Quia † bona publica in commertio nostro nō sunt, §. fin. instit. de empt. & vend. l. apud Julianum, §. vlt. ff. de legat. 1. Duaren. in l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verbis obligat. Marc. Anton. Eug. 7 conf. 42. n. 27. lib. 1. † & ex eo dicuntur publica, & qua in publico vnu habentur, non in commendo priuatorum, quasi publica eo, quod non priuati, sed alicuius populi, aut vniuersitatis sint, vt Conanus tradit lib. 3. comment. iuris ciuilis, cap. 2. & lib. 5. cap. 5. vers. ius publicum, l. riparum §. ff. de rer. diuis. §. flumina, & §. riparum, instit. eodem, l. ergo 30. §. 1. ff. de acquir. rer. domin. l. si epistolam penult. §. vlt. eod. tit. Cicero actione 5. in C. Verrem: *Per pauca Ciuitates bello à maioribus nosiris, ub actæ quarum cum effet ager publicus populi Romani factus est.* Liuius lib. 3. ad finem: *Agrum de quo ambigitur, finium Coriolanorum fuisse, capti que Coriolanis publicum populi Romani esse factum, facit etiā Cicero idem 2. de lege agraria, & in topicis; & Vlpianus in l. Prætor ait, ff. de tabulis exhibendis: Publici loci appellatio quemadmodum accipiatur labore desinit, vt & ad areas, & ad insulas, & ad agros, & ad vias publicas, itineraque publica pertineat, l. 1. §. loci, ff. ne quid in loco publico, & in §. publici ibidem, Rebuff. in l. inter publica 17. vers. ite, n. ff. de verb. signific. Prateius, & Ottomanus, & Barnabas Brisonius de verbis iuris verbo publica, Petr. Greg. lib. 1. de Republica, cap. 1. n. 13. Corral. in l. 1. de seruitut. num. 144.*

8 Facit secundo, † quod cum via publica nullius priuati sit, sed populi, d. l. 2. ff. de via publica cum alijs, vt adnotauit Carolus Molineus in extricatione laborintbi diuidui, & indiuidui, par. 3. n. 361. l. 2. §. ait Prætor, ff. ne quid in loco publico, Roffred. 9 questione sabastina 32. nun. 16. † non prescribitur etiam si per mille annos per viam quis non iuerit, l. viam publica, ff. de via publica, l. vsu apionem, ff. de vsu apionibus, Balb. in tract. prescriptio num 4. par. 5. part. principalis, col. 1. vera conclusio est, cum seqq. & est text. in d. l. 7. tit. 29. par. 3. vbi Gregor. Lopez glos. 2. & 3. Io. Igneus in l. in cognitione, num. 104. ff. ad Senatus cons. Syllan. Burgos de Paz cons. 8. nu. 6. ex quo processit illud Plauti in Circulione, actu primo, scena prima.

Nemo ire quenquam prohibet publica via.

Dum ne per fundum septum facias semitam.
Quo significatur rerum communium æqualem omnibus esse vsum, vt Erasmus tradit chiladiis 3. centuria 5. adagio 27. S. Thomas lib. 2. de regimine Principi, cap. 12. dicens, quod via sunt communes omnibus quodam iure naturæ, & legibus gentium, idem in lib. Numerorum cap. 20. Via publica, via Regia non in natura ad significandum eius communitatem, vbi D. Augustinus in glos. expavit, ita appellari, quod debeat esse libera ciuitate transiunt innoxio humanæ societatis ratione, † nec ob alia de causam Dominus Amoreos deleri mandauit, quam ex ea, quod noluerunt permettere transitum filiis Israel gradientibus sola via Regia, cap. fin. 23. q. 2. Palacios Rubios de iustitia, & iure retentionis Regni Nauarræ, par. 5. §. 3. [Plura concernentia tradit. Marquez. in lib. 1. del Gouernador Christiano, cap. 28. §. 2. per totum.] Grégor. Lopez d. glos. 3. Marc. Ant. Natta conf. 642. num. 8. vol. 3. unde ad nostrum casum applicado cum probatum sit, quod ex huiusmodi aqueductu, & riuo in loco publico facto aqua, vt quotidianum ex terram corrolerit, & viâ publicam, quæ ad areas triturandis messibus destinatas, & ad alia loca tendit, partim occupauerit, partem lubricam fecerit, ita vt nō sine magno perreundi periculo animalia agriculturæ, & necessitatibus vicinorū dictæ villæ oportuna eo tendant, sequitur dictum riuum debere exsiccari, & qua daci solebat ipsius aqua reduci, cum in eo publica versetur utilitas dictæ villæ, & vicinorum eius; na etiam quando via publica est erupta, aut inaccessibilis, potest trāsiri per fundum vicii, glos. Cyn. & Bald. in l. per agrum, C. de seruitut. Marc. Ant. Natta, vbi proxime, num. 5.

Pro quo † facit vulgare axioma iuris, quod 11 publica utilitas debet priuatæ præferri, l. 1. §. vlt. C. de caduc. toll. l. utilitas, C. de primipillo, lib. 12. text. in cap. 3. de postulatione Prælatorum, cap. scias 7. q. 1. Io. Andr. q. mercuriali 70. n. 3. Marc. Mantua singul. 573. n. 1. & in terminis fernitutum est text. in l. 8. tit. 28. par. 3. ibi: *Ga non seria cosa gusada, que el pro de todos los o mes comunalmente se effor uasse por la pro de algunos,* Paul. de Castr. in l. de pupillo, §. si quis riuos, num. 3. ff. de noui oper. nunciat. Auendaño in cap. Prætorum, par. 1. cap. 12. n. 18.

Et vbi † versatur publica utilitas non attenditur interest priuati, l. ius publicum, ff. de pactis, l. actione, §. labeo, ff. pro socio, Costanus in tract. de dotibus, questione, seu cap. 7. num. 6. l. si quis in gravi, §. extram, ff. Senatusc. Syllanian. Io. Igneus in l. Senatus consulto, num. 13. eod. tit. Boer. conf. 24. nu. 38. Thom. Grammat. voto 17. nu. 20. Pet. Gre gor. lib. 24. de Republ. cap. 8. num. 11. Pileus q. 35. Nam † vt Philosophus tradit primo Ethicoru: 13 Bonum gentis melius est, quam bonum unius, Vldaricus Zasius cons. 1. n. 24. lib. 2. & S. Thomas 2. 2. q. 128. in tantumque hoc est verum, quod utilitas publica est præferenda priuatæ, etiam cum aliquorum particularium incommodo, vt tradit Aym. Craueta cons. 132. diuino subsidio, num. 23. tom. 1.

Facit vltius, nam dictus Petrus Caxa, & di dus

Etus Vicarius non potuerunt vlo modo dictum
riuum, seu aquæductum facere cum præiudicio
vicinorum dictæ villæ, etiam si in proprio, & nō
14 publico solo id fecissent, t̄ nam etiam in loco
proprio fieri non debet aliquid, quo vſus incom-
modetur alterius, argum. l. domum, ff. de reg. iur.
l. quivas, ff. de damn. infect. l. sicut, §. arist., ff. de rei
vendicat. Pileus d. q. iurid. ca 35. & argum. l. flu-
minum, §. vlt. ff. ex a. i. n. infect. l. 1. §. idem ait, &
§. de eo opere, ff. de aqua plu. arc. Roffred. q. Sabba-
tina 49. n. 8. Cicero lib. 2. Officiorum: Noſtra utili-
tates nobis omittēdā non sunt, cum ys ipſis egeamus,
ſed ſua, cuique utilitati, quod ſine alterius iniuria ſie-
ri poſſit ſeruendum eft. C. apol. de ſeruit. rustic. præ-
dior. cap. 4. de ſeruitute aquæductus 23. dicens,
t̄ quod in cocelſione ſeruitutis aquæductus ſem-
per ſubintelligitur ſine danno alterius, vt in l.
Imperator, ff. de ſeruit. rustic. prædior. l. ſi quis à Prin-
cipe, §. tamen, ff. ne quid in loco publico, l. nec auus,
C. de emancipationibus liberorum, l. 4. tit. 31. par. 3.
16 t̄ Ergo fortius in publico facere non debuit, quo
vlus incommodearetur alterius, argumen. l. ſicut,
§. arist., ff. ſi ſeruitus vendicetur, l. domum, ff. de reg.
iur. l. ſi finita, §. quivas, ff. de damn. infect. l. 2. §. me-
rito, ff. ne quid in loco publico, Pileus q. 11. verj. quod
poſſit, Florianus in l. Imperatores, n. 1. ff. de ſeruit.
rustic. prædior. Pro quo eſt clata decif. text. in l. ſi
per publicum, ff. ne quid in loco publico, dicens: Si per
locum publicum riuus aquæductus priuato nocebit
erit actio priuato, ex l. 12. tabulari, vt de noxa Do-
mino caueatur, iuncta l. seq. & facit, & comprobat
Arctin. conf. 30. num. 2. Vinc. de Anna allegat. 91.
num. 5.

Nec oberit dicere, quod vicini dictæ villæ nō
damnificantur, id enim fallum eft, t̄ cum dam-
num pati videatur ſatis, qui commodum amittit,
quod ex publico confequitur, argum. d. l. 2. §.
merito, [Bald. conf. 71. n. 5. lib. 1.] Et facit Angel.
conf. 18. incip. reperitur, n. 3. dicens, quod nihil ne-
ri poſteſt, per quod vſui publico noceatur, l. 2. §. ſi
quis venire, & ſi ait prætor, ff. ne quid in loco publi-
co, t̄ & ita qualitercumque viæ publicæ exemptus
fit commeatus, aut etiam coarctatus interuenit
magistratus, vt ad ſtatim prieſtinū reducatur, iun-
cto §. Prætor ait 21. infine, & melior text. in §.
deinde ait Prætor, cuius verba tanquam caſui no-
stro, maximè conuenientia ſubiungere decreui,
inquit enim: Ait prætor, quo ea via, idque iter dete-
rius fit, ſiat hoc eft, ſive ſtatiū deterior, fit via, ſive po-
ſtea, ad hoc enim pertinet, hæc verba: fit, ſiat, ete-
niū quædam ſunt talia, vt ſtatiū factos ſuo noceant,
quædam talia, vt in præſentiarum, quidem nihil no-
ceant, in futurum autem nocere debeant; deteriorem
autem viam fieri ſic accipiendum eft, ſi vſus eius ad
commeandu in corrumpatur, hoc eft ad eundem, vel
agendum, vt cu plana fuerit, cliuosa ſiat, vel ex molli
aspera, aut anguſtior ex latiore, aut paluſtris exſi-
ca; & facit l. 23. tit. 32. par. 3. ibi: En las placas, ni en
los ex dos, ni en los caminos, que son comunales de las
ciudades, e de las vilas, e de los otros lugares, non
aceue ningun o ne fazer co. a, nin otro edifico, nin otra
iabor, ca e los iugares a tales, que fueren deixados pa-
ra apotura, o por pro comun de todos los que h. viene.

Messia adl. Toleti, par. 2. fundam. 9. nu. 68. Auen-
dañ. cap. 12. Prætorum, n. 24. verſ. quodſi ex ſupra-
dictis, lib. 1. & n. 17. in princ. & n. 18. verſ. quid ſi,
Azcued. in l. 7. tit. 7. lib. 7. Recopilat. n. 5. & 6. di-
cens, t̄ quod vbi ædificium publicam laedit viā, 19
aut vtilitatem, propria etiam authoritate potest
Iudeſ demoliſre, l. adiles, §. ſunt autem, ff. de via
publica, d. l. 23. tit. 32. par. 3. Melsia d. fundam. 9. n.
99. vt notat Bald. in l. lapilli, ff. de rer. diuīſ. & facit
l. Proculus, §. fin. ff. de vſu fructu, & l. præscriptio, C.
de operibus publicis, laſ. in l. de quibus, num. 21. ff. de
legibus, t̄ quia in instructione viarū publica vti-
litas veriſatur, l. ad instructionem, C. de ſacros. Eccles.
Homodeus conf. 108. col. 3. in princ. Zucchar in re-
pet. l. fin. n. 6. C. de edicto Diui Adr. toll. Roland. à
Valle conf. 91. incip. decreueram, n. 24. lib. 2. [No-
uar. qq. forenſ. p. 2. q. 26. num. 7.]

Viterius facit, nam dictus riuus, ſive aquæductus
ducebat inter hortum dicti Petri Caxa, &
aream eiusdem, quæ quondam fuerat cuiusdam
Aramal, & in quo dictus Petrus ſuccelſit, & ne
inundationibus, & aquæ incrementis ſolum dicti
horti consumeretur, lubricuque fieret a ſolito
curſu diuertit, & per ſolum publicum nouum a-
peruit riuum, ſive aquæductum, cum in eo ſer-
uitutem non haberet, quod non potuit facere.
imò debuit aquam per ſolitum curſum ducere
via recta, nec per circuitus in publici ſoli danno
iplam mutare, t̄ quia naturaliter aqua debet de- 21
ſcendere ad locum inferiorē, l. in ſumma. in princ.
ff. de aqua. plu. arc. cum ſimilibus, & tradit Iō. C. e-
phal. conj. 130. n. 16. tom. 1. t̄ & curſus naturalis 22
aquarum ad aliun locū diuerti non potest opere
manuſacto, l. 1. C. de alluvionibus, & paludibus,
Catiad. decif. vniqa, n. 1. & l. 3. de acquir. rer. domin.
[Bald. conj. 241. vol. 2. Staiban. conj. 21. num. 2.]

Facit t̄ lex manje, i.e. C. de ſeruit. & aqua, vbi
ſeruitus aquæ ducenda, reſtringit ad loca foli-
ta cum a curlu colueto aqua aduerſi non poſſit,
ſecundum Bald. per illum text. in l. 2. C. ad l. Aqui-
liam, C. apol. in tract. de ſeruit. urban. prædior. tit.
69. de aquæductu, verſ. ſed pone, C. apol. conf. 96. n.
2. tom. 1. Caballin. in tract. druidai, & indiuidui,
par. 3. n. 35. & seq. Andr. Siculus conf. 28. incip. &
quidem, n. 13. verſ. ſed quo ad variandam ſubſtantia, 23
vol. 4. Franc. Conan. lib. 4. commentar. iuris ciuilis,
cap. 11. l. ſi cui 9. ff. de ſeruit. ibi, qui argumento ri-
ui utrebatur, quem primo qualibet ducere li-
cuſſet, poſtquam ducuſ ſeſt transferre non li-
ceret, l. certō generi, §. ſi totus, ff. de ſeruit. rustic.
prædior.

Et regula generalis eſt, t̄ vt quæcumque dispo- 24
ſitio ſecundum ſolitum ſempre intelligatur, l.
ſi priu. §. 1. ff. de aqua. plu. arc. Dec. & cæteri i. 25
l. ſempre in ſhipulationibus, ff. de reg. iur. & in l. vt
liberis, C. de collationibus, C. apol. vbi proxime,
num. 3. & conf. 28. n. 33. Menoch. lib. 3. præſumpt.
43. num. 3. Surd. tract. de alimentis, q. 16. num. 21.
& seqq. & ita lo. Corratius in l. 1. num. 125. ff. de
ſeruitut. ait, t̄ quod habens ius aquæducenda in
alicui locum, quam ad quem ſeruitus acquisita
eſt aqua n̄ ducere non poſteſt, l. 1. §. illud, ff. de aqua.
quotid. & aſſua, t̄ & ita Bald. in l. 2. num. 5. C. ad 26
l. Aqui-

1. Aquilam, ait, quod aqua in qua priuatus ius habet, non potest diuerti à solito cursu, Salieet. ibi ad idem est, l. Preses, & l. si manifeste, C. de jenuit. & aqua, Ias. in l. quominus, nu. 95. ff. de fluminibus, Vecinus inter communes Doctorum opiniones, lib. 3. C. de seruit. rustic. prædior. nu. 14. Crauet. conf. 124. nu. 8. dicens, quod aqua curius immunitari non debet in præiuditium alterius, l. 1. in fin. & l. fin. ff. de aqua pluu. arcen. l. vjum aqua, C. de aqueductibus, lib. 10. Bart. in l. quominus, q. 14. ff. de fluminibus, Bald. cors. 241. incip. & videtur, nu. 1. lib. 2. Ias. conf. 150. eodem lib. & conf. 84. col. 4. lib. 3. Franc. Marc. quæst. Parlament. Daphnalis 559. num. 12. tom. 1. & q. 597. num. 1. idem q. 270. num. 4. tom. 2. Dec. conf. 243. nu. 1. tom. 1. [Kuin. conf. 191. num. 11. vol. 1. Sraibani. conf. 20. nu. 2. & conf. 21. nu. 1. Solorz. de iure Indiar. tom. 2. lib. 5. num. 98.] & hoc præiuditium in aquarū auersione, & mutatione perpendi solet, vt probat text. in l. 1. §. plerunque, ff. ne quid in flumine publico, Ludouic. Morot. respons. 8. num. 25. & 26. qui ferè in nostris terminis.

28 Et facit & resolutio Laderchij de Imola conf. 146. incip. conclus. num. 5. lib. 1. vbi resoluit, quod inferiores possunt contra superiores agere, vt aqueductus veteres restituant, currentq; vt aquæ sollicitum cursum retineant, l. in summa, §. apud Alphenum, vbi Castroni. ff. de aqua pluu. arc. & tradit Cæpol. cap. 4. de seruit. rustic. prædior. num. 74.

Quæ omnia sine dubio procedunt, cuni in dicto loco publico riu, seu aqueductus seruitus non potuerit imponi, & talis seruitus negari potest, quia negatoria competit pro seruitute de pellenda, vel vt aliquis non acquirat, & nam loco publico interueniente, seruitus non potest constitui, l. seruit. rustic. prædior. §. loco publico, ff. de seruitutibus, Roffred. quæst. iuris 32. n. 17. Eguinarius Baro in d. §. publico, dicens, quod locus publicus seruituti obstat, si huiusmodi vsi destinatus non sit, aut alioqui communis vsus reddatur deterior; quamobrem via publica intercedens, & si aquæ haustum non impedit; impedit tamen aqueductum, nisi Princeps, Senatus, aut Magistratus, cui id permisum sit, potestate in vtendi publico, sine insigni incommmodo faciat, vt ibi, & in l. 2. ff. de fluminibus, l. si in publico, ff. de aqua pluu. arc. Paul. Castr. in d. §. publico, nu. 3. Angel. Aret. in §. aquæ si agat, n. 3. in lit. de actionibus; & cōfir-

30 mat & bona resolutio Francisci de Aret. conf. 30. incip. vñlo shemate, n. 4. vbi ait, quod quādo locus publicus est medius inter locū dominatē, & seruientem, nunquam seruitus aqueductus constitui potest, ex d. l. seruitutes, §. penult. & glos. in l. si prius, §. via publica, verbo haustus, ff. de aqua pluu. arc. Bart. in d. l. quominus, q. 13. n. 24. ff. de fluminibus, canicem assignantes rationē, & quod per publicum sine Principis, aut Senatus permisū, non licet aquam ducere, l. si in publico, §. fin. ff. de aqua pluu. arc. iuncta l. seq. l. 13. tit. 31. par. 3. ibi: Otros dez: nos, que non due ser puebla seruidad abre en cosas sagradas, o santas, o religiosas, nin en aquellas q son a vñlo, e a pro comunal de alguna cibd. id, o villa, q si como los mercados, e las plazas, e los excidos, e las

otras cosas se mejan tes dellos; & ibi Gregor. Lopez glo. 3. & in l. 7. tit. 29. eadem partita glof. 1. Awendan. par. 1. d. cap. 12. Prætorum, num. 6. Messia ad l. Toleti, par. 2. fundamento 9. num. 36. [Staiuan. conf. 27. Nouar. in l. si quis de cætero, C. de aqueductu, lib. 11. num. 1. & 36.]

Facit etiam & quia medium prædium, quod non teruit, impedit quamcunque teruitutem, l. quisella, §. fin. ff. de seruitutibus, l. in tradendis, §. interpositis, ff. commun. prædior. Eguinarius Baro, & Corralius in d. l. seruitutes, §. publico, num. 3. qui num. 5. ait, quod si seruituteni aqueductus mihi constitutas, & riuum in medio loco publico extrui sit necessarium, vt ut tuo fundo ad meum aqua ducatur, inutilis erit constitutio, præterquam si a Principe hoc impetraretur, l. si in publico, ff. de aqua pluu. arc. Carolus Molineus in tract. diuidit, & indiuidu, num. 359.

Neque obstat dicere, quod riuus, seu aqueductus, de quo agitur vñla iecem annos per locum publicum fuit ductus, & sufficere ad acquisitionem aqueductus 10. annos inter præsentes, & 20. inter abientes, ex l. 1. C. de vñcupatione transformanda, l. vltima, C. de prescriptione longi temporis, Cepola d. cap. 4. de seruitute aqueductus, n. 56. Duaren. lib. 1. dyp. cap. 34. Marc. Ant. Eug. conf. 40. n. 6. lib. 1. Rebuff. in l. alienationis 38. vers. non utendo ff. de verbis, signif. Morotius respons. 8. n. 5. & 6. Ant. Gomez tom. 2. cap. 15. num. 27. Donat. à Fina inter communes Doctorum opiniones, lib. 7. tit. 2. C. communia de vñcupationibus, num. 55.

Nam respondeo id procedere in seruitute continua, l. si quis diurno, ff. si seruitus vendicetur, noster autem casus est discontinua seruitutis cū aqua non temper, nec continuo decurrat per riuum prædictum, sed certis imbruum, & hybernis temporibus, vnde necessarium est maius tempus, & quia seruitus ex causa discontinua non præscribitur, niti per tantū tempus, de cuius initio memoria non sit hominum in contrarium, etiam contra scientem, Curtius senior conf. 178. n. 28. & 38. glof. in l. seruitutes 4. ff. de seruitutibus, Guillerm. Onciac. lib. 1. academic. quæstio. q. 82. n. 1. Io. Corras. in d. l. seruitutes, num. 21. Bald. in l. 2. num. 8. C. de seruitutibus, & aqua, Couarr. lib. 1. variarum, cap. 17. num. 11. Villalobos in antinomia iuris, verbo prescriptio, num. 316. & verbo seruitus, num. 95.

Maxime cum non probentur pro parte dicti Petri Caxa, nec Vicarij titulus, nec alia requisita ad acquisitionem seruitutis, & nam in seruitutibus aquæ præscribendis, omnino requiritur probatio scientiae, & patientiae inferiorum, & bona fidei superiorum, vt tradit Laderch. de Imola d. conf. 146. n. 1. vol. 1. iuxta tradita in l. seruitutes, ff. de seruitutibus, l. 2. C. eodem, plenè Balb. in tract. de prescriptionibus 2. par. 4. par. principalis, q. 1. per totum, Paris. conf. 112. nu. 37. in princ. sed etiam titulus, & quod verius est, quicquid alij dicant, vt Fulgos. tradit in d. l. si quis diurno, Duaren. l. b. 1. disputationum, cap. 34. vers. verum, & Io. Corras. in l. seruitutes la magna, num. 31. ff. de seruitutibus, co quod negari non potest in his vñcupationibus ne-

nedum titulum, sed bona fidem requiri, l. nullo, C. de rei vindicatione, l. Celsus, ff. de vñ cap. text. exp̄s in l. vltima, ff. quemadm̄ seruit. amitt. Menesius in l. 2. num. 35. C. de seruit. & aqua, Ema nuel Suarez in additionib. ad Ant. Gomez, d. num. 27. lit. O. qui subtiliter respondent d. l. si quis diu turno contra Accursianorum sententiam, qui male ius pro titulo interpretantur, l. fin. ff. de itiner. n. Et uque priuato, l. 1. vbi Bald. C. de seruitutibus, Arc tin. d. conf. 30. num. 2. Alex. conf. 69. circa primum, num. 2. vol. 9.

Et confirmatur cum hic agamus de solo, & terra publica, & quando bona sunt talis naturæ, 37 non solum in toto, t̄ vt diximus, verum in parte in prescriptibilia sunt, vt tradit Melsia ad legem 38 Toleti, par. 2. fundam. 9. num. 37. t̄ eo quod idem ius est in parte, quod in toto, l. quæ de tota, ff. de rei vindicatione, Bart. in l. de quibus, num. 15. ff. de legibus, Aristoteles lib. 3. Physicorum, & lib. 1. de cœlo, dicens, quod eadem est ratio totius, & partis, l. Jurisgentium, §. adeò, vbi Ias. & Doctores. ff. de pæctis, l. si unus, §. si cum tibi, cum seqq. eod. tit. l. 1. cui in princ. ff. ae legat. 1. cum alijs pluribus, de quibus Euerardus in loco legali à toto ad partem. Et quia occupans terras publicas iniuste occa paste censetur, & defacto, & nisi ostendat titulū, cogitur ad restitutionem possessionis, secundūm Auēdān. in cap. 4. Prætorum, n. 10. lib. 1. Azeuedo in l. 21. tit. 5. lib. 6. Recopil. num. 2.

39 Nam t̄ possidens aliquas terras intra territoriū, & terminos designatos, seu limitatos alieniū Ciuitatis, Oppidi, aut Villæ, ex possessione non probat dominium etiam præsumptiuē, vt notat Bart. in l. si duo in fir. ff. vti possidetis, & in l. nam, & si fur. ff. si cert. pet. & in l. si alienam, ff. solut. matr. Melsia ad l. Toleti, tit. de los terminos, par. 2. fund. 9. n. 15. Auend. in cap. 114. Prætorum, nu. 4. par. 1. dicens, t̄ quod Ciuitas, aut Villa probato priuilegio limitatiuo terminorum, probat do. niniū terrarum, tam in toto territorio, quā in qualibet eius parte, & possidens præsumit clandeslinus, nisi alio titulo, aut legitima præscriptione iuuetur, Io. Faber in l. cunctos populos, col. 3. vers. sed tu potes dicere, C. de summa Trinitate, & fide Catholica, Chassan. in consuetudines Burgidæ, rubr. 9. §. 4. n. 6. & alij plures, quos allegat Melsia vbi proxime, num. 16. & seq.

40 Nec obstabit dicere, quod dicta villa de Tragacete, non est Regis, sed Marchionis de Cañete, nam adhuc prædicta militant in terminis publicis, vijs, & exidis prædictæ villæ, t̄ nam pars, de qua agitur, & quælibet alia indebita occupata est ipsi restituenda, ex forma, & dispositione legis Toleti, quæ est 5. tit. 3. lib. 3. Ordinameti, hodie l. 3. tit. 7. lib. 7. Recop. lat. cuius dispositio procedit in terminis, non solum locorum Regis, sed aliorū Dominorum, qui possunt etiam suis iudicibus committere, vt fecundaum, d. l. formā procedant, iuxta l. 2. tit. 4. lib. 2. Ordinameti Regij, & ostendunt verba dictæ legis Toleti, ibi: E porq; somos informados, q; muchas ciudades, villas, y lugares de nue.ros Reyes, e specialmente de nuestra Corona Real, estan nū- 42 cho de japo priuados, &c. t̄ Cūm natura dicti verbi

specialiter, siue maximè sit ea, quod per maioritatem rationis implicit idē ius, iuxta text. vbi glos. in l. illud, ff. ad l. Aquiliam, glos. in l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minoribus, Bart. in extrauaganti ad reprimendum, verb. maxime, in tit. qui sint rebelles. Alber. in dictionario, verb. maxime, Menoch. de præsumption. lib. 4. præsumpt. 100. num. 17.

Et facit in confirmationem, t̄ quod bona publica Ciuitatis, aut villæ, vt sunt paſcua termini, & alia bona similia, non possunt alienari inconsulto Principe, vt tradunt bart. & Paul. Caiſtr. in l. continuus, §. cum quis, ff. de verbis obligat. Greg. Lopez in l. 26. tit. 3. 1. par. 3. glos. poblaſſen, Auiles in c. 30. Prætorum, glos. gratias, n. 3. Melsia ad allegatā l. Toleti, 2. par. fundam. 9. n. 45. t̄ Imo quod plus est 44 Rex, t̄ea Dominus temporalis non potest donare bona Ciuitatis, aut villæ, nec sua flumina, aut exida, l. 2. & 3. tit. 3. lib. 7. Ordinamenti, nec sibi occupare, vt tradit Speculum conscientiæ, tract. 1. cap. 19. §. 11. Archiep. Florent. par. 3. tit. 3. cap. 4. §. 4. Paris de Puteo in tract. synecdoche, verbo excedunt, n. 20. Auiles cap. 24. Prætorum, glos. titulo, n. 8. tenentes, quod Princeps non potest concedere publica loca, nec in eis aliquid facere cum incommodo viuis publici, Signorol. de Homedeis conf. 26. col. 3.

Et sicut alienari non possunt dicta bona publica, t̄ ita nec in eis constitui fieri, cuius constitutio appellatione alienationis venit sicut alia, de quibus in l. fin. C. de reb. alien. non alien. quam extollit Ias. in §. item si quis in fraudem, num. 23. instit. de actionibus, Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. par. 3. num. 18. Alciat. in l. alienationis verbum 28. ff. de verbis signif. Molina lib. 1. de Hispan. primog. cap. 20. num. 16.

Quare dictus Petrus Caxa, neque dictus Viciarius non possunt allegato tempore te iuuare ad acquisitionem feriutis t̄ cum ad minus immemoriale tempus de iure necellariū sit, tum quia ius ductus aquæ immemoriali tempore acquiritur, argum. l. cum de in rei versio, ff. de vñ iuris, l. 2. C. de seruitutibus, l. si quis diuturno, ff. si seruitus vendicitur, l. 1. in fin. l. in summa, §. ité varus, ff. de aqua. plu. arc. Iacob. Concennacius in question. iuris singularib. q. 8. in fin. Pileus q. 11. ver. facit, Roffred. q. 32. n. 24. & quia ratione publici loci aquæductus per locum publicum requirit tempus immemoriale ad sui præscriptionem, vt proprijs in terminis resoluit Franc. de Aret. conf. 30. vñ o themate, n. 5. & sequitur Iacob. Menoch. de retin. posseſſ. remed. 6. n. 128. Greg. Lopez in l. 7. tit. 29. par. 3. allegans text. in l. vñ sum aquæ, vbi glos. C. de aquæductibus, l. 1. 1. t̄ tenet etia Angel. in l. fin. ff. de vñ capion. vbi limitat legem illâ prohibentem præscriptionem in locis publicis, maris, aut fluminis publici, vt non procedat si præscriptio talis sit immemorialis, ex d. l. vñ sum aquæ, cum glos. in l. diligenter, per text. ibi eod. tit. Bald. & Angel. in l. 1. C. ne rei Domini, vel templo, Balb. in tract. de præscriptionibus 2. partic. 4. par. princ. ver. sextus casus, Auend. par. 1. cap. 12. Prætor. n. 6.

Cuius rationes secundum prædictum Franciscum Arctinum, & Gregoriu Lopez sunt, t̄ quia ex-

exclusa præscriptione, non videtur exclusa im-memorialis, vt tradit Abb. in cap. fin. col. 7. n. 35. de præscriptionibus, Felin. in cap. accedentes, col. 4. nu. 6. cod. tit. Bald. in l. 1. nu. 9. C. de annali exceptione, & in cap. 1. §. præterea in fin. de cap. Conradi in vi-sibus feudorum, Balbus in tract. de præscriptionibus, 5. par. 5. par. principalis, q. 9. & 2. par. 3. par. nu. 21. Auend. respons. 16. n. 1. glos. notabilis verbo præscriptione in authent. vt de cætero non siant commu-nationes, Boer. decis. 39. n. 12. Menelius in l. 2. nu. 29. C. de seruitutibus, & aqua, Tiraq. de retract. cō-uenient. §. 1. glos. 2. n. 25. Mieres de maioratibus, 4. p. q. 20. n. 51. Otalora de nobilitate, 3. par. cap. 7. n. 11. Couar. cons. 40. n. 11. Grattus resp. 61. n. 25. lib. 1. [Fulu. Sanar. in addit. ad repetitionem, Anto. Lanar. super cap. 1. de his qui feud. dare poss. num. 144. pag. 167.]

¶ 9 Et † quia cum conducere aquam per locum publicum sit reseruatum soli Principi, vt supra probauit, ideo non est prescriptibile, nisi spatio tē poris, cuius initij memoria non existit, vt est cas-
sus in allegata lege hoc iure, §. ductus aquæ, iur. cta l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & astua, qui-
bus costat, quod quis ducere aquam de loco pu-blico, non potest aliquis sine permitti Princidis, ideo requiritur tempus prædictum, vt benè de-clarat glos. in d. l. 2. C. de seruitut. & aqua, Bart. in l. quominus, q. 2. & 15. ff. de fluminibus, † quia re-seruata soli Principi in signū priuilegiū non præ-
scribuntur, nisi spatio temporis, cuius non extat memoria, cap. super quibusdam, §. fin. de verbis. sig-
nificat. Abb. Siculus in cap. cum nobis olim de præ-
scriptionibus, col. pen. n. 3. & 11. Bart. in l. si publica-nus, §. in vectigalibus, ff. de publican. & vectigal.
Bald. in cap. 1. nu. 3. quæ sunt regalia, Franc. Aret. d. cons. 30. num. 6.

¶ 10 Quia huiusmodi tempus, † seu vi-sus, cuius me-moria in contrarium non extat, idem operatur, quod licetia Princidis, l. 3. l. vsum aquæ 4. vb: An-gelus, C. de aqueductu, lib. 11. l. fin. C. noua vecti-galia in istui non posse, Andr. Gambar. de potestate Legati, tit. de varijs Ordinariorum nominibus, nu. 145. & ex l. in concedendo, ff. de aqu. pluu. arc. Andr. Sicul. cons. 28. & quidem viso puncio, num. 12. vol. 4.

¶ 11 Et † tantum potest immemorialis, quantū Rex, vel Imperator, cum causa, vt tradit Andr. Isern. in cap. 1. verbo fluminum, quæ sint regalia, sequitur Ias. in l. quominus, n. 42. ff. de fluminibus, Io. Gar-
cia in tract. de nobilitate, glos. 12. n. 66. & alijs, idē in tract. de expens. & meliorat. cap. 9. n. 19. Burgos de Paz. cons. 15. n. 13. & cons. 16. n. 14. & probatur in d. cap. super quibusdam, §. præterea i. vbi glos. ver-bo non extat, de verbis signific. Ias. in l. de quibus, n. 43. ff. de legibus, Bald. in cap. 1. num. 3. quæ sint re-galia, Molina lib. 2. de Hispan. primog. c. 6. n. 13. & seqq. Io. Gutier. lib. 3. pract. c. quæstion. q. 14. n. 73. & seqq.

Et quod ius aqueductus in publico, vt dixi-
mus, nō posse acquiri, nisi immemoriali tempo-
re comprobatur ex simili eo, † quod quando
aqua aquæscitur de publico requiritur tantum tem-
pus, cuius initij memoria non existat in contra-

rium, l. vsum aquæ, C. de aqueductibus, lib. 11. vbi notat Bart. in l. diligenter eodem titulo, l. finali, ibi-
dem Simancas lib. 8. de Republ. cap. 16. n. 5. & ostē-
dunt clara verba d. l. diligenter, ibi: Et quod publicū
fuit aliquando minimè sit privatum, sed ad communis
vsius recurrat sacris oraculis, vel pragmaticis sanctis
nibus aduersus commoditatem Vrbis quibusdam in-
pertitis iure cassana:s, nec longi temporis præscriptio-
ne ad circumscribenda Ciuitatis iura profutura, l. 1.
in fin. ff. de aqua pluu. arc. l. hoc iure, §. ductus aquæ,
ff. de aqua quotid. & ceteris. Cepol. de seruit. rustic. pre-
dior. cap. 4. de seruitut. aqueduct. n. 24. vers. in casu,
& n. 55. Conanus lib. 4. commentar. iuris ciuilis, c.
12. ver. at ex flumine, n. 16. & seq. Io. Plat. in d. l.
diligenter, n. 2. Practica Papiensis in forma libelli in
actione confessoria, verbo ieraitys aqueductus, nu-
19. vers. faltit in seruitute, Balbus de præscriptionib.
2. partic. 4. par. princip. q. 4. verbo si verò aqua, Me-
noch. de retin. possess. d. remed. 6. n. 127. & compro-
bat bonis fundamentis, Aretin. allegato cons. 30. n.
6. cum ergo dictus Petrus Caxa, & dictus Vicari-
rius de huiusmodi immemoriali non docuerint,
nec eam potuerint probare, imò sit ex aduerso
pro parte dictæ villæ probatum, quod aqueductu-
s prædictus à 20. annis circa fuit per locū pu-
blicum apertus exexcato antiquo aqueductu,
sequitur dictos Petrum Caxa, & Vicarium debere
condemnari, vt aquam curtere finant per
riuum, seu aqueductum antiquum, explanato, &
clauso aqueductu recenti in publico solo ab ip-
sis aperto.

Vltimo pro complemento dico legitimè fuis-
se denegatam dictis Vicario, & Petro Caxa pro-
bationem obiectionum, quas friuole, & malitio-
sè opposuerunt contra testes dictæ villæ, cum
hic agatur, † de restitutione terrarum publica-
rum, iuxta formam d. l. Toleti, quæ est suimaria,
quo casu testimoniū repulsa non admittitur, vt ex
Roman. singul. 388. incip. reprobatio personarum,
Rebuff. in tract. de reprobatione testimoniū, num. 6. &
Maranta de ordin. iudic. pag. 446. par. 6. actu 13. n.
19. & Lanfranc. de Oriano in repetit. cap. quoniam
contra de probationibus in parte testimoniū, n. 83. Ca-
pic. decis. 55. tradit Messia in d. l. Toleti, par. 1. fun-
dam. 1. nu. 11. ponderans verba d. l. Toleti, ibi: Sin
recebirt tachas de testigos, & idem tradunt Auend.
in cap. 4. Prætorum, n. 16. par. 1. Azeuedo in d. l. 3.
tit. 7. lib. 7. Recopil. n. 52. Couar. in tract. cap. 17. n.
4. vers. septimo, & aliqua, Imbrian. tract. de repulsa
consid. 3. à n. 1. Scipio Rouitus pragmat. 11. Regni
Neapol. de Ordine iudiciorum, num. 7.

Ex quibus omnibus censeo dictam villam ma-nifestam fouere iustitiam aduersus prædictos Pe-trum Caxa, & Vicarium, debereque in expensis
condemnari. Salua, &c.

S V M M A R I V M .

1 Via executiva præscribitur lapsu decennij.

2 Litis non contestatur in summarijs, & executiuis.

3 Executio fit per viam actus ab ipsa libello, nec ci-tatione.

4 Primus actus, qui solet fieri post litis contestatio-nem

- 5 nem habet vicem illius.
 5 Actus predictus intelligitur, quando fit cum parte, & non ante.
 6 Litis contestari dicitur in executiis, quando reus se opponit.
 7 Dilatio, & terminus decem dierum, currit à die factae oppositionis.
 8 Oppositor habet locum exceptionis.
 9 Contestatio in executiis est, quando executus se opponit negando debitum.
 10 Annales actiones tantum perpetuantur per supplicationem Principi oblatam.
 11 Citatio requiritur ad præventionem iurisdictionis.
 12 Commissione citando facta nuntio, non sufficit, nisi citatio fiat.
 13 Actio debet innotescere Iudici, ac reo.
 14 Citari debet quis ubique potest laedi.
 15 Citari pars debet in productione instrumentorum.
 16 Instrumenta producta, non censentur quoique illorum copia datur.
 17 Praescriptio, viae executiæ non interrumpitur instrumenti productione, petitione executionis, licet vulgo secus Doctores resoluatur.
 18 Sola petitio executionis, in executiis non inducit litis contestationem.
 19 Ius executium, non perpetuat ex præcepto de exequendo.
 20 Iudicium executium habet suam instantiam sicut Ordinarium.
 21 Instantia datur in omnibus iudicij summariorum.
 22 Instantia in summariorum incipit à litis contestatione, vel actu eius vim habente.
 23 Verbum de resta, quid significet.
 24 Verbum reliquatus, importat idem, quod residuum præcedentis debiti.
 25 Verba generalia, & indefinita, equipollent universalibus.
 26 Totum dicens, nihil excludit.
 27 Restum presupponit alias partes solutas.
 28 Rationum, & debiti, satisfactio colligitur, si creditor aliquid sibi deberi afferit pro resto.
 29 Verba pro residuo, denotant, quod reliquum totum sit receptum.
 30 Creditor, non cogitur debitori, facere generalem quietationem, sed solum de eo, quod sibi solutum est.
 31 Iactare suum nemo præsumitur.
 32 Argumentum à verisimili negatiæ sumptum, est de iure validum.
 33 Afferenti incumbit onus probandi.
 34 Liberatio est favorabilis.
 35 Liberatus semel, non est amplius inquietandus.
 36 Liberatio generalis ad non incognita, nec specificata porrigitur.
 37 Liberatio generalis non restringitur, nisi ratio recti sermonis suaferit.
 38 Liberatio super principali extenditur ad conexa, & dependentia.
 39 Liberatio generalis non expressa, certa causa extenditur ad omnes causas, quas liberans sc. ebat, aut scire poterat se habere.
 40 Pactum verbis generalibus factum, ad omnia extenditur.
- 41 Generalibus à renunciationibus caendum est.
 42 Calculus, seu computatio partium, continens partem, vel transactionem generalem, aut specificalem præauditum generat.
 43 Generalia, debent generaliter intelligi.
 44 Dispositio generalis, generaliter intelligitur, etiam si non sit ratio æqualis.
 45 Verba generalia simplicia vim habent generalis expressionis.
 46 Facti proprii, ignorantia non præsumitur.
 47 Intellectus l. cum Aquiliana, C. de transactiis.
 48 Generalia verba, relata ad causam specialem, secundum eam intelliguntur.
 49 Acceptatio, est facta solutio.
 50 Acceptatio minus est, quam solutio.
 51 Intellectus l. Aurelius, §. Mæuia, ff. de liberatione legata.
 52 Vendicare dicimus, quod nostrum est.
 53 Testis unus semiplene probat.
 54 Sacerdotij qualitas multum considerabilis in teste.
 55 Clericus testis vim duorum obtinet.
 56 Iuramentum desertur habenti semiplenam probationem.
 57 Probationes duas imperfectæ, efficiunt perfectam in civilibus.
 58 Singula, quæ non profundunt multa collecta iuvant.
 59 Solutio in dubio censetur facta in causam diuiriorem.
 60 Actum præsumitur quis fecisse in vim præcedentis obligationis.
 61 Solutio facta intelligitur ad vitandum executionis periculum.
 62 Solutio censetur facta pro debito, quod apparet antiquius.
 63 Solutio censetur facta ex causa continentie interesse, vel usurpas.
 64 Solutio simpliciter facta, applicatur in causam eligendam persoluentem.
 65 Cancellatio instrumenti, aut apacha, liberationem inducit.
 66 Intellectus l. Paulus, §. Paulus, ff. de solutionib.
 67 Instrumentum priuatum potest fieri sine die, & consule.
 68 Cersus annui, debitor redimeri non compellitur.
 69 Obligatio redimeri census ad favorem fidei sufficiens, valet.
 70 Dilatio solutionis, apponitur causa debitoris.
 71 Debitor, iuri suo renunciare potest solutionem anticipando.
 72 Quietatio uniuersalis extenditur ad debitum certum, cuius tamen dies non venerat.
 73 Cogitatio generalis sufficit.
 74 Præsumitur contra filium, qui non vult adere instrumentum, quod erat penes parentem.
 75 Exhibere recutans, præsumitur malitiose occultare.
 76 Scriptura, quæ fuit penes patrem, præsumitur ad filium peruenisse, & num. 77.
 78 Instrumentum publicum efficit probationem probatam.
 79 Adere quis tenetur instrumenta relata inscriptura, quæ iuuat.

- 80 *Succedens in ius alterius, illius iure uti debet.*
 81 *Defunctus non transfert in heredem plus iuris, quam ipse habebat.*
 82 *Filius, qui ex patris persona ad aliquid venturus est, non potest esse melioris conditionis, quam pater.*
 83 *Heres reputatur eadem persona cum defuncto.*
 84 *Obligatio, & liberatio, non immutantur ex persona heredis.*
 85 *Iuramentum heredis, quod amiserit libros, aut rationes an ipsum liberet ab exhibitionis obligatione.*

ARGUMENTVM.

Exequendi ius, quanto tempore præscribatur, & qualiter perpetetur, & quid importet verbum *de resto*, in generali quietatione apposatum, ac pro qua causa censeatur facta solutio, & quando filius teneatur exhibere libros, aut instrumenta, quæ fuerunt penes patrem.

CONSILIVM XXI.

SN Causa, quæ vertitur inter Andream de Peñaluer, & Ioan. Baptistam Collado, ciues Conchentes, supposito casu, quod 10. die Aprilis anni 1573. Matthæus Collado dicti Ioannis pater, super suis bonis imposuit annum censem 84. ducatorum, & posteà dictus Andreas 24. mensis Septembri anni 1579. scripturam indemnatis fecit in dicti Matthæi fauore confiendo pecuniam dicti census ad ipsun peruenisse ad emptione officij Procuratoris dictæ ciuitatis, & se obligauit ipsum censu intra quadriennium redimere, & interim eius redditus solvere alias, executiuia via ad id conupelli posse, & ob lapsum dicti termini executionem petiit dictus Ioannes nomine patris pro principali summa redditibus, & fuit decretum mandatum executiuum 23. Iulij anni 1584. quod tamen non constat fuisse executum.

Postea 28. Februarij anni 1591. dictus Andreas, & Matthæus inter se rationū calculationes fecerat alias inter ipsos factas approbantes, & de rationū resto dictus Andreas remansit debitor ducentorū & septuaginta ducatorum, quam summam certis terminis soluere pron. i. sit, prout cū effectu realiter soluit, & dictus Matthæus Collado reddidiet ipsi scriptaram cancellatam, cum apacha dictæ solutionis: posteà autem Matthæo mortuo dictus Ioannes uti ipsius filius, & heres virtute decreti executiuæ 23. Iulij 1584. mandatum deduxit de execuendo in mense Ianuarij 1591. quod fuit executum, & dictus Andreas se oppoñuit allegans se soluisse, & viā executiuam locum minime habere, & quia iustum videtur defensionem habere, tanquam ad nullitatem viæ executiuæ, quā in via ordinaria in duobus articulis seqq. apparebit.

VELAZQYEZ;

Primus Articulus.

Quo ad huiusmodi articulum primum, via executiuia est præcripta, † vt non competit ex dicto instrumento cum eius obligatio personalis sit, & decenniū post ipsius terminos fuerit transactum, l.63. Tauri, quæ hodie est l.6. tit. 15. lib. 4. Recopil. & vtrōbique ordinarij, & Parlador. lib. 1. rer. quotid. cap. 1. §. 1. n. 1. & seqq. loan. Orosius in l. omnes populi, nu. 75. ff. de iuris. & iur. & in l. de quibus, n. 125. ff. de legib. Mieres in tract. maiorat. part. 1. q. 5. n. 51. Greg. Lop. in l. 5. tit. 8. par. 6. gl. 9. Olanus in concord. antinom. iuris, verb. ius exequendi, n. 57. Gomez de Leo alleg. 88. n. 2. Auiles c. 4. Pratorū, gl. execution, n. 69. Paz in praxi, tom. 1. part. 4. c. 3. n. 11. Gutier. cons. 47. n. 4. & 5. & in l. nemo potest, n. 205. ff. de leg. i. l. 35. tit. 4. lib. 3. copilat. Greg. Lop. in l. 22. tit. 29. par. 3. gl. 1. Couar. in regul. poss. p. 2. §. 11. nu. 1. & 2. [Mutato m. 4. ad c. Reg. Sic. c. 102. Alph. Reg. in annot. 1. lit. A.]

Nec inconvenit, quod dictum instrumentum fuerit in iudicio productū dicto anno 1584. & petita executio, quia facta non fuit, † & quia licet in causis summaris, & executiuis, in quibus licet non contestatur, secundum Guidonem Papæ singul. 698. Barbac. cons. 12. nu. 3. lib. 3. Alex. cons. 181. nu. 7. & 16. lib. 6. Rota decis. 3. delitis contestat. in nouis, † nec libellus offertur, sed per viam actus executio postulatur, etiam sine citatione, Paris de Put. tract. de syndic. verb. Iudicē, col. vlt. Cum in ritus Mag. Cur. Vic. Regni Sicil. cap. 16. nu. 78. secundum Bart. in l. intra dies 7. nu. 1. ff. de re iudic. per l. à Diuo Pto, §. super rebus, eodem tit. Alex. in l. si cum dotem, §. codem autem tempore, n. 6. ff. solut. matrim. Dec. in cap. ex ratione, num. 17. de appellat. loan. Probus in addit. ad Io. Monachū, in cap. is cui, nu. 13. de sentent. ex com. lib. 6. Rebuff. in comment. ad H. Gallicas, tract. de liter. obligat. artic. 6. gl. 3. nu. 5. Paz in praxi, tom. 1. part. 5. cap. 2. nu. 1. † Primus actus, qui post contestationem fieri solet habeatur pro litis contestatione, cap. 1. de elect. in sexto, l. nulla, l. n. hil, cum ibi notatis, C. de Procuratorib. Alex. cons. 147. nu. 10. lib. 6. bart. in l. si quis stipulatus, num. 4. ff. de verb. oblig. glos. verbo absentia, in d. cap. 1. de elect. in sexto, Abb. in cap. venerabilis 20. num. 22. de iudicys, Iaf. in d. l. nulla, num. 2. in princip. & in l. properandum, §. & si quidem, num. 1. C. de iudicys, plures adducti per Alex. cons. 50. nu. 7. lib. 2. & n. 10. & 13. Abb. nu. 19. in cap. 2. de dilationibus, Felin. num. 10. in cap. exceptionem, de exceptionibus, & in cap. infinante, nu. 16. de offic. deleg. vbi Abbas num. 9. & eod. num. Felin. in cap. cum M. de constitutionibus, Hippolyt. Riminald. in l. imperium, num. 213. ff. de iuria. omn. iudic. Roland. a Valle cons. 71. num. 36. lib. 1. Marian. Socin. tract. de iuri dict. nu. 25. Matthæi de Afflict. decis. 346. num. 5. Joseph. Cum. in ritus Mag. Cur. Vic. Regni Sicil. cap. 4. num. 22. vbi allegat Maranta de ora. iudic. part. 4. distinct. 9. nu. 20. & part. 6. vers. litis contestatio, num. 2. Cum in cap. 46. num. 26. [Bertran. cons. 77. nu. 19. vol. 1.]

Hoc tamen intelligitur de actu, qui fit cum parte, † & sic à tempore contradictionis, non ante, prout notant Salic. num. 1. Paul. Castr. 4. lal. num.

num. 5. in d.l. nulla, quod repetunt in l. Procuratoribus, eod. tit. idem Paul. Castr. in d.l. properandum, n. 6. Cin. 5. ex l. pen. C. de naufragijs, lib. 12. latè lo. Garcia in tract. de expens. & melior. cap. 9. n. 82. & seq. Socin. senior cons. 95. nu. 2. vol. 1. Aftlist. decis. 346. Ant. Sola super constit. Pedemont. antiquis, in decreto ad causarum, sub titulo de iudicij, gio. 1. n. 12. & seqq. lo. de Montesperello cons. 172. nu. 9. lib. 1. Roland. Cauagnol. ad antiqua decretia ciuitia Montisferrati decretor. §. 2. nu. 3. & Franc. Milanesi. decis. Sicilia 20. nu. 10. 20. & seq. lib. 1.

Nam in executiuis tunc dicitur lis contestari, quando † reus se opponit executioni, negando se debere, & perendo executionem reuocari, vt de mēte cōmuniis opinionis resoluti Foller in tract. de censib. ad fin. §. que quidem executio, vbi latè, & expreſſe tractat istā materiā executionis, nu. 36. [Muta tom. 4. ad cap. Regn. Sicil. cap. 133. Reg. Alphonſi, in annot. lit. S.] & vltra ipſos Paz in pract. tom. 1. temp. 6. nu. 7. vbi ex Doctorū mente resoluit, tunc dici contestationē fieri in executione, quando fit ille actus, qui in iudicij ordinarijs fit immediate post litis contestationē, & hunc actū ait esse in executione, quando datur terminus ad probandū, quod perinde est, ac si diceret esse post citationē ad sententiā additionis, & oppositionē factam executioni, † quia tunc ipso iure currit dilatio decem dierū, intra quos probentur exceptiones contentæ in oppositione, l. 3. & l. 19. tit. 21. lib. 4. Recop. Ioseph. Cum. vbi proximè, nu. 22. dicens, quod actus contradictorius in executione, est præsentatio oppositionū aduersus eā, † cū Iudex incipit cognoscere demeritis contractus, cuius vigore est facta executio, nā oppositio locum exceptionis, & opponens locū excipientis obtinet, Cassan. cons. 47. nu. 5. Cum iā vbi proximē, n. 24. † & ita iuxta omniū sententiam non est contestatio in executione antequā reus se opponat, negando debitū, quod expreſſe est, iuxta text. in c. 1. de litis contestatione, vbi contestatio inducitur negando debitū, & vltra Doctores ibi, tradit Marant. in speculo Aduocatorū, par. 6. tit. de litis contestatione, n. 3. vbi Foller. Paz, vbi proximē, nu. 30. Tācred. de ordin. iudi. par. 3. tit. 1. §. 1. Ioseph. Cum iā vbi proximē, cap. 17. n. 101. cap. 37. nu. 84.

Et † confirmatur ex Ias. resolutione in l. unica, nu. 2. C. quando libellus Principi, vbi querit, an supplicatio porrecta Principi, & ipsius rescriptū habeatur pro litis contestatione, quantum ad perpetuandum actiones, & resoluit, quod non quatenus attinet ad actiones, vltra annales, ex l. sicut, in princip. C. de præscriptione 30. annorum, vbi Bald. num. 5.

Sicut non sufficit libellum aduersus aliquem avūd acta porrigi, quo ad hoc, vt videatur iurisdictio alicuius præuenta, nisi citatio fuerit sequuta, quia per hoc non inducitur litis pendentia, vt post glos. in l. 1. ff. de in ius vocando, tradit Paul. Castr. in l. si quis postquam 7. nu. 2. ff. de iudi-

cij, Dec. in l. edita, nu. 9. C. de edendo. † Nec sufficit, quod facta fuerit commissio Nuntio de ci- rando, nisi per eum fuerit executioni mādata, argum. i. qui absenti, §. si quis, vbi Bald. ff. de acquir-

Tom. 1.

possess. clēm. fin. vt lite pendente, cum traditis per Paul. Castr. vbi proximē, 2. lect. n. 3. † cuius est ratio, quia requiritur, quod iudici, & aduersario cognita sit actio, & intentio contraria, authent. qui s̄ emel, C. quo modo, & quando Iudex, cap. 2. vbi glos. de libelli oblatione, Anton. de Butr. in cap. Ecclēsia, num. 5. vt lite pendente, iureto cap. 1. de concess. præbend. lib. 6. quare ex sola productione instrumenti, facta corā iudice, & mandato de exequendo cum non fuerit executum, minimē fuit perpetuata via executiua competens ex dicto instrumento, quinimō extinta, iuxta dispositio- nem dictarum Regiarum legum.

Pro quo facit vlt̄rius, † quod in omni actu, ex quo potest quis lacl semper debet citari, l. de uno quoque, ff. de re iudic. l. nam ita D. ius, ff. de adoptio- nib. l. vlt. C. si per vim, vel alio modo, cap. inter qua- tuor, de maiorit. & obed. cap. cum ex literis, de in- integr. restitut. clement. Pastorale, de re iudic. Simanc. de Catholicis institut. tit. 2. Tiraquel. in tractat. res inter alios actas, in principio.

Maximē in instrumentorum productione, † in qua semper debet pars citari, iuxta cap. charta 3. 9. Bald. in l. si quando 15. num. vlt. C. de testibus, & in l. Iudices 17. nu. 3. & 4. C. de fide instrument. Ias. in l. unic. num. 11. C. quando libellus Principi datus, Alex. cons. 64. n. 8. lib. 3. † quia non censem- tur instrumenta producta, quoique eorum copia datur parti, l. j̄n. C. de fide instrument. & obseruat Ripa in l. quod te mihi, num. 63. ff. si cert. petat. Aym. Craueta de antiquit temp. part. 1. sectio. queritur, num. 16. & seq. Bart. in extrauaganti ad reprimendum, verbo de plano, Ludouic. Roman cons. 156. incip. bonoranda domine, nu. 3. & consil. 519. in casu proposita consultationis, rum. 1. & 2. Socin. cons. 105. lib. 4. † in quo decepti sunt neo- therici, quidam putantes præscriptionem inter- runipi per præsentationem instrumenti, & peti- tionem executionis, vel executoris missionem, vt putauit Parlador. d. cap. 1. §. 13. n. 19. & §. 14. nu. 6. post Roderic. Suarez in l. post rem iudicata, §. considera, nu. 4. ff. de re iudic. Bald. in l. sicut, col. 1. nu. 5. C. de præscriptione 30. annorum, vbi mouens quæstionem ad statuta terrarum disponentia, quod omnis actio tollatur decem annis limitat, nisi sit interrupta per executoris missionē, quia executoris missio interrupit in alios decē annos, vel per litis contestationem in triginta, & ex l. nam postea, §. si is, qui temporaria, ff. de iure iur. hoc vltimum tenuit Rebuff. tom. 2. comment. ad II. Gallicas, tract. de rescissione contractuum, artic. vnic. glos. 19. nu. 14. & in tractat. de effectibus litis contestationis, num. 59. Abb. in cap. 1. num. 11. de litis contestatione, & secundum hāc debet intelli- gi, & limitari, Ioseph. Cum iā in ritus Cur. Vic. Sicil. cap. 37. num. 20. cum seqq. dum resoluit cita- tionem ad executionem faciendam, esse princi- pium executionis, & per eā licet non execu- tam interrupi præscriptionem decennis.

Quia in instrumentis clausulam guarentigiam habentibus † per petitionem executionis solam litis contestatio, non inducitur, & ita colligitur ex Bart. in l. si quis stipulatus 57. nu. 4. ff. de solu-

N 2

18

tionibus, quatenus ut diuersa ponit actum, quo petitur executio instrumenti ab actu, quo fit litis contestatio, vel quasi super executione, & licet Bald. ibi nu. 1. quē sequitur Gomez de Leo allegat. 82. nu. 1. tenere videatur, quod productio instrumenti confessionati cum petitione executionis habeat vim litis contestationis, Bart. conf. 36. part. 1. Cifuentes in d.l. 63. Tauri, vers. quinto dubitatur, in suo tamē casu quidam fuisse factas citationes refertur, quā tamē in nostro casu defuere, in quo nec citatio, nec executio facte fuerunt, nec actus aliis, qui litis contestationis vim haberet, vti opus erat iuxta veriorē sententiam supra relatam, nec ex sola executionis petitione in tempus, aliquod fuit via executiva perpetuata, sed per transcursum decennij remansit extincta, & præscriptione sopita.

19. Et confirmatur vltimo, t̄ quia præceptum de exequendo parum obest, nec ob id perpetuatur ius exequendi, ex notatis per Angel. nu. 2. & Modernos in l. stipulationum 5. in princ. ff. de verbis. obligat. vbi tenent ludicis decretum, quod declarat instrumentum, vel præceptum guarentigium esse, exequendum non esse, nec dici diffinitiuū eo, quod in ipso non interuenit litis contestatio, nec alias ordo iudicarius, sequitur Alex. confil. 50. viss. actis cause, nu. 3. vol. 2. ex l. minor 25. annis, cui fideicommissum, ff. de minoribus, l. qui de inofficio, cum ibi notatis, ff. de inoffic. testam. l. 4. §. si ex conuentione, ff. de re iudic. vbi Angel. Imol. & Hostiens. in cap. 1. de libelli oblatione, Alexand. vbi proxime, num. 4.

20. Et quia t̄ licet iudicium executium sit sumarium, & in ipso lis nō contestetur, nihilominus iudicium est, & habet suam instantiam, sicut ordinarium, vt notat̄ Bald. in l. 1. post principium, C. de iuramento caluniae, Paul. Castr. confil. 169. incip. vijō punc̄to, nu. 5. vol. 2. t̄ & generaliter in iudicijs summariorū dari instantiam, tradit Abb. in cap. fin. num. 22. de iudicij, & post alios in l. properandum, §. siquidem, C. de iudicij, Rimanald. in l. Imperium, nu. 214. ff. de iurisd. omn. iudic. dicens,

21. t̄ quod talis instantia incipit a die litis cōtestationis, vt in princ. d.l. lal. in l. properandum, sub n. 7. C. de iudicij, plures adducti per Caualc. decif. Fiz. in. 17. nu. 17. part. 1. Ioseph. Cumia d. cap. 4. nu. 19. Ideo non mirū si in ipso requiratur actus, qui fiat cum parte, ita vt æquipolleat litis contestationi, sine quo via executiva nō perpetuatur, nec præscriptio eius interrupitur.

Articulus secundus.

Quod autem dictus Andreas de Peñaluer non posset conueniri etiam via ordinaria constat, nam iuxta rationes inter ipsum, & Matthæum Collado, initas dicta die 28. Februarij anni 1591. ratificatae fuerunt omnes rationes anteriores inter ipsos factæ, & declaratum fuit: *Que de todas cuentas, dares, y tomates, que entre ellos auia auido, y de resta de todo, dictus Andreas de Peñaluer debebat 270. ducatos, in qua summa ob ipsius eximiam quantitatatem verisimile est, vti multo minorem inclusam esse quantitatem census, & ipsius indemnitatē, quod probatur ex illo verbo, de resta,*

iunctis verbis generalibus, de todas cuentas, dares, y tomates, nam verbū illud de resta, idē importat, quod residuum illud, quod post redditas, subduetas, & calculatas rationes apud debitorē remanet, l. si cui libertas, l. quamvis 32. l. Iulius Paulus 80. cum seqq. l. qui sub conditione 110. ff. de condit. & demonst. l. recripto, §. debitores, ff. de munera. & honor. Rebuff. in l. post reliquorū 95. vers. reliquorū, & seq. ff. de verbis signif. l. creditor, ff. de solution. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. casu 209. n. 22. Vincen. de Franc. decis. 45. à n. 1. [glos. in l. si pluribus 89. verb. reliqui, ff. de solution. Gratian. discept. forens. cap. 3. n. 3. Parlad. lib. 2. rer. quot. cap. fin. part. 5. §. 1. num. 20. Cepol. cautel. 121. Guido Papæ decis. 177. Giurba conf. 53. num. 19.]

Nam quando dicitur aliquid deberi de resta, intelligitur, t̄ & ostēditur omnes partitas, & summas, & rationes, quā inter ipsos fuerant fuisse solutas, & debita reducta ad solum residuum, cuius appellatione venit solū, quod restat l. 2. vbi Doctores, C. de hereditate. inst. l. vxori, in fin. cum ibi notatis, ff. de legat. 3. l. qui non militabat, cum duabus seqq. l. quod si Mœvius, ff. de hereditibus instituendis, l. post decisionem, C. de furtis, l. si residuum, C. de distinctione. pignorū, glos. verb. teneator, in cap. quā, de iuris, lib. 6. in §. ceterū, Bald. in l. fin. §. & cum antiquitas, nu. 6. C. de iuris rei iudicata, Dec. na. 6. in l. creditor, 5. G. de pactis, Paul. Castr. confil. 71. incip. super primo dubio, num. 2. vol. 1. & tradit Alex. conf. 26. consideratis verbis, n. 2. lib. 4. Corn. conf. 295. nu. 2. vers. tamen, & nu. 7. vers. nec etiā, lib. 4. & ex d.l. post reliquorum, & l. post ceterorū, ff. de verbis signif. latē las. in l. si tibi 88. §. cum servus, num. 17. vbi addit. ff. de legat. 1. decif. Genuæ 26. num. 31. & decif. 132. num. 2.

Sicut in verbo reliquatus, t̄ quod idem importat, quod residuum antecedentis debiti, tradit Cuiat. lib. 1. obseruat. iuris, cap. 27. Hottomanus de verbis iuris, verbo reliqua, Prateius eodem verbo, Menoch. lib. 4. de præumptione. præsumpt. 154. num. 16. Roman. singul. 35. incip. lego.

Quod verius efficitur ponderando verba illa: *De todas cuentas, dares, y tomates, t̄ quā cum sint generalia, & indefinita æquipollent vniuersali, l. si pluribus, cum ibi notatis per Bart. in princ. l. si ita relectum, ff. de legat. 2. glos. verb. aliorū, in cap. vt circa, de elect. in sexto, Din. in rubr. de regul. iur. eod. lib. Roland. à Valle conf. 80. n. 41. & conf. 89. nu. 15. vol. 3. cum adductis per Couarr. lib. 1. variar. reol. cap. 13. ita vt cōprehendant omnes rationes, quā inter ipsos fuerant, tā à dicta indenitate census annui, quā alia ex causa procedentes.*

Quia t̄ totū dicens nihil excludit l. a Procuratore, C. mandati, cap. si Romanorū, §. dicendo 19. distin. l. Julianus, ff. de legat. 3. Rolan. à Valle conf. 2. nu. 11. vol. 4. D. Paul. ad Hebreos, cap. 2. In eo enim (inquit) quod omnia subiecit, nihil dimisit non subiectum, cap. cupientes, §. ceterum, iuncta glos. de electio. in sexto, Thom. Grammat. decif. 4. nu. 2.

Pro quo t̄ optimè facit l. si ex pluribus 85. iuncta glos. verbo reliquum, ff. de solutionibus, vbi non dicitur restum, nisi alia partes sint solutæ, imo tale verbum refertur ad omnes rationes in-

ter ipso ante factas, pro quo est l. 14. tit. 18. par. 3. & fave bona determinatio, Paul. Castr. in l. pater tuus 2. n. 3. C. de hæred. institu. ad. resoluentis, si ego tibi tenebar in centum, & tibi solui decem, dicendo, quod soluebam pro residuo eius, quod tibi debeo, si ita recepiisti, & scriptū fuit in libro, si nunc petas à me nonaginta, & si ego non possum ostendere ea tibi soluisse, sed dico apparere ex illa scriptura, dum dico soluere pro residuo, quod importat, quod non tenebar tibi, nisi in decem, & quod reliquum solueram, & quod ista videtur sufficiens probatio ex d. l. si pluribus, iuncta glo. nam qui recepit, & tali modo apocham solutionis reddidit confiteri videtur, quod non restabam illi soluere, nisi decem, & inde asserit mercatores cautos nunquam hoc verb. de resta, apponere, nisi solutione totius facta, & istam resolutionem sequuntur, & approbant idem Paul. in d. l. si ex pluribus, nu. 2. ff. de solutionibus, Alex. in d. l. 2. nu. 4. Bald. in l. ab Anastasio, nu. 10. in fin. C. mandati, & in l. si quidem, ad fin. C. de transactionibus, Dec. nu. 7. in l. creditoris. C. de pacis, optimè Bald. vbi proximè, n. 4. dicens, quod licet creditor, qui asserit Titum sibi debere centum, non videatur fateri, sibi non deberi plus, §. simius, Instit. de actionibus, l. rationes, cum ibi notatis, C. de probationibus, l. reos, C. de fideiussoribus, Bartol. in l. si cum dos, nu. 2. ff. de actione rerum amotarum, ex l. 3. §. cum Titio, ff. de adimen. legatis.

28 Tamen id fallit, † si creditor assereret Titum sibi debere centum pro resta, seu pro residuo, quo casu fateri videtur hanc esse ultimam solutionem, secundum Bald. vbi proximè, ex supra adductis facit l. 1. C. finium regundorum, Bald. quem sequitur Alexand. cons. 216. incip. Magister Albertus, num. 4. circa finem, vol. 7. dicens, † quod verba pro residuo denotant, quod reliquum totum sit receptum, & solutum, Felin. in cap. si cautio, nu. 84. in vers. fallit septimo, de fide instrument. C. pol. caut. 121. Ioan. Cæphal. cons. 124. incip. quoniam præstantissimus, num. 6. tom. 1. Iaf. in l. pater tuus, col. 3. vers. nec obstat, quod contra iuramentum, C. de hæredib. instit. Roman. singul. 699. incip. verba illa, Aretin. cons. 8. vers. præmissis, &c. Andr. Sicut, cons. 33. nu. 8. vol. 1. Celsus Hugo cons. 1. nu. 52. Roffred. quest. Sabatina 25. incip. Julianus, nu. 8. & q. 53. nu. 4. Angel. & Imol. in l. si ex pluribus, ff. de acceptilat. Rebuff. in l. post rel. quorum, vers. nota tam, ff. de verb. signif. decis. Genue 60. nu. 6. Guido Papæ decis. 177. circa fin. [Marin. in addit. ad Thom. Gramm. decis. 59. num. 21.]

Et idem ait Rebuff. procedere in chygrapho, in quo institutor promittit soluere decem aureos pro residuo, seu resta de quentia, quia de reliquis inducitur liberatio, sicut in petente executionem pro aliqua quantitate nomine residui, quia fateri videtur se omnem reliquiam summam acceptare, vt tradunt plures adducti per Matthæum de Afflict. in consit. Neapol. lib. 2. rubr. 59. nu. 13. Parlad. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. part. 5. §. 1. nu. 20. Iaf. in l. si quidem 24. nu. 4. vers. limita nisi creditor, C. de transactiōn. dicens, quod si creditor confiteatur sibi deberi centum pro residuo, seu com-

putationis rationum residuo sibi præjudicat, etiam si plus sibi debeatur, vt post Salicet. ibi tradunt Angel. & Imol. in d. l. si ex pluribus, nu. 4. ff. de acceptilat. Alex. nu. 4. in l. 2. C. de hæredib. instit. Padilla, & Iaf. in d. l. si quidem, nu. 4. Peralta in l. Titia. §. Lucius, nu. 13. ff. de legat. 2. Iaf. cons. 10. n. 3. vol. 4. qui tenent, quod facta computatione inter creditorem, & debitorem, si in ea datur de residuo, vulgari nostro de resta, certam quantitatē deberi, nihil aliud peti posse, nam idem est dicere resta deuiendo tanta cantidad, ac si diceret omnes alias summas fuissē persolutas, sequitur Corn. cons. 33. nu. 24. lib. 2. Bursat. cons. 104. nu. 16. lib. 1. Guido Papæ decis. 177. nu. 2. vbi additio Philipp. Corn. cons. 33. num. 24. lib. 2. Quod verificatur in nostro calu, in quo debita erat summa certa, vt ex petitione executionis constat, & verba illa, dares, y tomares, hoc comprehendunt cū essent, tam super principali quantitate, quam super redditibus, & ex omnium rationum calculis remansit debitor dictus Andreas 270. ducatorū, quam summam integrè persoluit, & ita remansit extintum debitum prædictæ indemnitatis.

Et confirmatur, † quia cum creditor à debito. 30 re cogi nequeat, vt sibi generalem quitationem, & liberationem faciat, sed solum de eo, quod sibi solutum est, vt in l. 3. ff. de contrario iudicio tutela, l. pecunia, C. de solutionibus, l. dissoluta, C. de conditione ex lege, Felin. in cap. significavit, de testibus ibi, pro quo facit, & in repertorio, verbo quittatio, Iaf. nu. 5. in l. si de certa, C. de transaction. Paul. Castr. in l. Aquiliana, num. 3. ff. eod. tit. decis. Genuensis 95. num. 4. non est verisimile, quod dictus Matthæus Collado diceret in dictis rationum, & obligationis scripturis, quod de omnibus rationibus datis, & receptis dictus Andreas de Peñaluer, solum erat sibi debitor ducatorū & septuaginta ducatorum, † eslet enim iactare 31 suum, quod ius minimè præsumit, l. cum de indebito, vers. quis enim, ff. de probationibus, l. fin. §. sin autem, C. arbitrium tutela, glo. verbo per errorem, in l. si heres 68. ff. ad Senatusc. Trebell. Afflictis decis. Neapolit. 13. num. 14. Ant. de Butr. in cap. cum ad sedem, num. 25. de resta. spoliat. Bald. nu. vlt. in l. cum proponas, C. de nautico fœnore, Gregor. Lop. in l. 6. tit. 14. part. 3. glo. 2.

Et † tale argumentum à verisimili negatiue 32 sumptum est in iure validum, iuxta text. in cap. quia verisimile, de præumptionibus, l. 1. C. qui & aduersus quos, l. non est verisimile, ff. de eo, quod ametus causa, l. si stipulatus 4. ff. de v. uris, l. is cui 94. in fin. ff. de solution. cap. 2. de resta. / pol. Abbas in cap. in nostra 32. num. 1. de testib. Roland. à Valle cons. 25. incip. primo quidem, num. 3. vol. 4.

Et quia contrarium asserenti † scilicet quantitatem prædictam 33 ducatorū indemnitatis annui centus, nō esse in rationibus comprehensam incubit onus probandi, ex l. 2. ff. de probat. onibus, l. actor C. eodem titul. l. 1. in princip. tit. 14. part. 5. Couarr. in cap. alma mater, part. 1. relectionis, § 1. nu. 5. vers. tertia species, de sentent. excommunic. lib. 6. Ioseph. Ludou. concl. v. c. de probat. Marc. Ant. Eugen. cons. 7. num. 36. vol. 1.

- Nam dicta resolutio rationum, & calculorum fuit liberatio generalis omnium debitorum ex quacunque causa procedentiū inter ipsoſq; contractorum, & ita comprehendit debitū indemnitatis prædictæ; nam liberatio est fauorabilis, argum. l. Arrianus, ff. de obligat. & action. cap. ex literis, de probationibus, Ioan. Cephal. conf. 40. nu. 37. lib. 1. & ideò sui natura trahitur ad omnia, l. pluribus, ff. de acceptilationibus, cum congettis per Carol. Ruin. conf. 25. nu. 9. lib. 1. Franc. Becc. conf. 175. num. 10. conf. 190. nu. 17. & 38. & conf. 211. num. 3. Io. Cephal. conf. 39. num. 24. lib. 1. dicens, † quod semel liberatus, non est amplius inquietandus, cum in dubio liberatio sit latè interpretabit, secundum Dec. conf. 178. col. pen. vers. & ad prædicta, Cephal. vbi proximè n. 26. quare dicta liberatio cum fauorabilis sit deber extendi.
- 36 Et etiam ad incognita porrigitur, & ad non specificata, iuxta bonum textum in l. Stichus in princ. & in l. alimenta, §. Basiliæ, ff. de aliment. & cibar. legat. & l. cohæredi, §. qui patrem, ff. de vulgar. & pupill. substit. l. doli clauſula, ff. de verbor. obligat. l. sanctio legum, ff. de pœnis, Alex. confil. 11. incip. viſo, ac ut oportet, nu. 10. 12. & 15. lib. 2. Hieronym. Gratt. resp. 29. num. 9. vol. 2. Cephal. conf. 36. num. 14. tom. I.
- 37 Nec restringitur dicta liberatio generalis, vbi non est, quid expreſsum, ob quod restringēda sit falua ratione recti sermonis, Bart. in l. emperor, §. Lucius, ff. de pact. pulchrius in l. Aurelio, §. Gaius 5. queſt. principalis, ff. de liberat. legat. & in l. si de certa, col. 1. C. de transact. latè Alex. conf. 117. incip. viſis supra narratis, lib. 1. Cephal. d. conf. 36. nu. 13. & 21. Afflct. decis. 185. n. 8. Curt. Iun. conf. 191. num. 16. lib. 3. Marc. Ant. Eug. conf. 13. nu. 9. lib. 1.
- 38 Nam † etiam liberatio super principali extendit ad connexa, & dependentia, etiam non expressa, secundum Felin. in cap. super literis, num. 20. de re/critis, Bart. in d.l. Aurelio, §. Caius, num. 13. q. 6. de liberat. legat. Hippol. de Marsili singul. 251. incip. connexorum, & in tract. de fideiſſori- bus, num. 191.
- 39 Facit vltierius bona determinatio, † Bart. in d.l. Aurelio, §. Caius, n. 9. ff. de liberat. leg. vbi ait, quod quādo liberatio generalis est facta sine expreſſione alicuius cauſæ particularis, tūc sine dubio refertur ad omnes cauſas, quas remittens sciebat, & ſcire poterat ſe habere, Salic. in l. Age cum Geni- niano, & in l. si de certa, C. de transactionibus, dices valere, quo ad ſpecificata in vim transactionis, & quo ad alia omnia in vim pacti.
- 40 Quia † pactum verbis generalibus factum extendit ad omnia, etiam de quibus nulla controuersia erat, niſi contrariū expreſſe geratur, Alex. d. conf. 11. num. 8. & 12. lib. 2. Paris. conf. 20. n. 34. lib. 1. Socin. conf. 103. num. 5. lib. 3. Morotius resp. 43. num. 20. idem Alex. conf. 68. num. 5. & seqq.
- 41 lib. 5. dicens, † post Bald. cauendum à generalibus renunciationibus, ne ex effuto ſermone periculum incurramus, nouissime, & latissime Surd. conf. 269. Menoch. conf. 335. quia ex ſermonis generalitate comprehenduntur omnia in qualibet diſpoſitione, d. l. emperor, §. Lucius, ff. de pactis,

Bald. conf. 395. vol. 2. decis. Genuæ 58. num. 8. l. 1. vbi Doctores, ff. de legat. 1. l. in fraudem, §. fin. ff. de testam. milit. cum alijs adductis per Io. Petr. Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priuileg. 20. num. 4. vnde Bar. in l. 2. col. vlt. C. de iure fiſci, li. 10. dicit, † quod 42 ſi calculatio, & computatio eſt facta à partibus, & continent pactum, vel transactionem generale, vel speciale, facit præiudicium, l. emperor, §. Lucci, ff. de pactis, l. ſi quidem, C. de transactionibus, Barthol. Socin. conf. 190. num. 5. vol. 2.

Nam † generalia debent generaliter intelligi, l. 43 non aliter, ff. de legat. 3. l. in lege locationis, ff. locati, Alciat. reponſo 103. num. 1. & reponſo 271. eſt prima quæſtio, num. 4. [Solorz. de iure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 26. num. 33.]

In tantum, † quod generalis dispositio debet generaliter intelligi, etiam quando maior ratio eſt in vno, quam in alio, secundū Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14. nu. 102. l. 1. §. quod autem, ff. de aleatoribus, l. 1. §. uxori, ff. de aur. & argent. legat. l. 1. §. & generaliter, ff. de legat. præſt. Aym. Crauet. conf. 92. n. 4. & conf. 133. n. 5. Surd. d. tract. de ali- ment. tit. 1. q. 124. n. 10. Io. Gut. conf. 5. n. 5. & etiā ſi materia eſlet odioſa ſecundum eundem nu. 6. & Crauet. conf. 118. num. 14.

Verba enim † generalia ſimplicia habent vim 45 ſpecialis expreſſionis, etiam in caſibus, vbi nomi- natio ſpecifica requiritur, vt tradit Curtius Ser. conf. 4. 9. Aym. conf. 294. incip. verba transactionis, num. 1. & seqq. & conf. 297. vol. 1. & hoc maxi- mè procedit in noſtro caſu, in quo tempore di- etarum rationum, & calculationis erat, debtors ſors principalis, & redditus ex annuo cēſis pro- cedentes, pro quibus dictus Andreas, Matthæus indeſtitutus fecerat, & cuius veriſimiliter pa- tes habebant notitiam, l. cum Aquiliana, l. non eſt ferendus, ff. de transactionibus, l. fin. in fin. C. de dotis promiſſione, cum pluribus in ſimili adductis per Alciat. d. reponſo. 271. num. 4.

Præcipue, quia dictus Matthæus Collado ne- quiuit ignorare tale debitum, quando rationes facta fuerunt, cum paruum temporis præcessiſ- ſet ſpatium, quo dictus Andreas de Peñalver scripturam dictæ indenitatis in ipsius fauore fecit, quare non potest dici dictam liberationem non extendi ad incognita, & ignorata, † cum proprij facti ignorantia non præfumatur, l. quan- quam, ff. ad Senatusconf. Velleian. Io. Cephal. conf. 23. num. 99. tom. 1. l. fin. ff. pro ſuo, cum vulgatis, idem Cephal. conf. 203. num. 14. tom. 2. Craueta conf. 6. num. 26. lib. 1.

Et ita non obſtat † d.l. cum Aquiliana, vt ab ad- uera ſa parte ponderatur, quod liberatus generali- ter per acceptilationem, non censetur ex tali ge- neralitate liberatus ab eo, de quo non fuit cogi- tum, nam lex illa diſponit in caſu, quando poſt tractatum alicuius actionis † ponuntur verba 48 generalia, quæ tunc ad ſuam cauſam reſtrin- guntur, l. ſi de certa 31. C. de transactionibus, l. licet, C. de iudicij, l. tubemus 21. C. ad Velleianum, l. P. au- lus, in princip. ff. quib. mod. pign. vel hypotheca, & Marc. Ant. Eug. d. conf. 13. n. 21. & seqq. Bart. qui ita declarat in d.l. ſi de certa, nu. 1. nam in noſtro caſu

casu non fuit expressa aliqua specialis ratio, sed generalis liberatio, de todos dares, y tomares, quæ verba nullam restrictionem admittunt.

Vlterius, quia casus d. l. cum Aquiliana, dissimilis est à nostro, t̄ nam ibi agitur de liberatione per acceptilationem, quæ est solutio facta, l. amaginaria, ff. de reg. iur. l. si accepto latum 19. §. inter, ff. de acceptilat. §. item per acceptilationem, Inſtit. quib. mod. tollit. obligat. Couarr. in cap. quamuis pactum, part. 1. §. 4. num. 9. vers. his authoribus, dicens, t̄ quod acceptilatio est minus, quam solutio; in nostro autem casu, non per factam, sed per veram solutionem, scilicet 27. o. ducatorum facta fuit liberatio, iuxta illud Plauti in Cystellaria, actu 1. scena 3.

Nunc quod reliquum restat, volo persoluere,

Vt expungatur nomen, ne quid debeam.

Minus obicit t̄ l. Aurelius, §. Mœvia, ff. de libera-
tio. legatis, vbi dicitur, quod in liberatione gene-
rali testatores non veniunt ea, quæ vendicari pos-
sunt, nam ille text. & similes inadaptabiles sunt
casui nostro nam ibi solum facta fuit liberatio ab
eo, quod testatori debebatur, quod autem vindici-
cari potest non debetur, nam si solum deberetur
non posset vindicari, t̄ vindicamus enim, quod
nostrum est, vt per totum titulum, ff. & C. de rei
vindicatione, l. actionum 25 ff. de action. & obligat.
Cuiat. in paratilis ad eundem titulum de rei vindica-
tione, & lexicographi verbo vindicatio, & eadē
ratione, qua in d. §. Mœvia, venit quicquid debe-
batur testatori, quando erat liberatio generalis,
ita in nostro casu comprehenditur dicta scriptura
indemnitatis, cum ipsius quantitas deberetur
Matthæo à dicto Andrea de Pefaluer.

Quod eo certius dicendum est, nam ultra pro-
bationem, quæ resultat ex dicta rationum calcu-
latione, & apacha solutionis, adeſt viuis testis de
visu, qui & Sacerdos est, qui interfuit dictis ra-
tionibus, & concludit in ipsis fuisse inclusa quan-
titatem dicti centius, & reddituum decursorum,
ex quo plusquam semiplena probatio resultat,
nam regulariter t̄ unus testis semiplenè probat,
cap. præfens 20. q. 3. l. 1. in fin. ff. quemadm. testam.
aper. l. Theopompus, ff. de dote prælegata, glos. &
Bart. nu. 36. in repet. l. admonendi, vbi etiam lat.
num. 178. ff. de iure iur. Alex. conf. 66. vijō processu,
ante numerum primum, lib. 1. & conf. 78. in prin-
cip. eod. lib. Roland. à Valle conf. 23. num. 4. vol. 3.
Socin. conf. 37. num. 8. vol. 3. Hippol. de Marſill.
conf. 6. nu. 7. & conf. 74. nu. 3. Bertr. conf. 297. n.s.
vol. 3. lo. Bapt. Ferret. conf. 389. nu. 5. tom. 2. [Ma-
rin. in addit. ad Thom. Gramm. decis. 28. nu. 9.]

Et t̄ dicta qualitas Sacerdotij est maxime con-
sideranda in teste, secundū Hieronym. Grattum
responso 30. nu. 5. lib. 2. Roland. à Valle confil. 24.
num. 71. lib. 1. t̄ ita vt Clericus in testem produc-
ctus vim duorū obtineat, vt per glos. in cap. Mo-
nachus 77. distinet. traddunt Carol. Ruin. confil.
137. nu. 2. & 13. lib. 2. Roland. à Valle confil. 24. nu.
54. lib. 1. Menoch. conf. 92. incip. habeo non leues,
nu. 89. lib. 1. Morotius conf. 99. num. 4. & 5.

Et t̄ ad minus etiam si semiplenam tantum
probationem efficeret eius virtute posset iura-

mentum deferri in supplementum plenæ proba-
tionis, iuxtanotata in d. l. admonendi, & in l. in
bona fidei, C. de reb. cred. & in cap. fin. de iure iurati.
Alex. dictis consilijs 68. & 78. lib. 1. las. in dict. l.
admonendi, num. 75.

Et hoc certum est coniungendo cum deposi-
tione dicti testis probationē, quæ resultat ex di-
cta apocha rationum finitarum, & solutionis re-
sidui ipsarum, quæ licet non eset de se perfecta
remaneret tamen adiuncto uno teste, t̄ in ciuili-
bus enim ex duobus imperfectis probationibus
fit vna perfecta probatio, vt tenet glo. verbo le-
gitimis, in l. 2. ff. de excusat. tutor. & glo. verb. illo-
rum, in cap. veniens, lo 1. de testib. Bart. in d. l. admo-
nendi, nu. 48. & ibi las. in repet. num. 253. text. vbi
glos. in cap. quorundam 94. disiunct. Archidiac. m
cap. omnes, circa finē, 2. q. 1. Menoch. l. b. 1. de pra-
sumpt. q. 39. num. 13. 18. & seqq. Flamin. Paris. de
confidentijs beneficiorum, q. 67. num. 8.

Et hoc casu obtinet vulgare iuris axiomā, quod
singula, t̄ quæ non profundit, multa collecta iu-
uant, l. 1. §. etas, ff. de excusat. tutor. l. instrumenta,
C. de probationibus, glos. in l. stipulatus, in princ. ff.
de iuris, Roland. à Valle conf. 43. incip. negari, n.
14. lib. 4. Surd. in tract. de alimet. tit. 6. q. 19. n. 16.

Et comprobatur, quia solutio præsumitur fa-
cta pro huiusmodi debito dictæ indēnitatis, cū
eset talis conditionis, quod debebat dictus An-
dræs redditus soluere interim, quod sortem
principalem non soluebat, t̄ quia in dubio cen-
setur facta solutio debiti durioris, l. in his, in prin-
cip. ibi: Grauior autem, ff. de solutionibus, Bart. in l.
cum ex pluribus, per illum text. eod. tit. l. 3. C. eod.
Alexand. conf. 83. nu. 13. lib. 6. Paul. Caſtrenſ. conf.
238. incip. dubium facit, nu. 1. & conf. 332. in cau-
ſa Sylvestri, num. 4. lib. 1. Cin. in l. 1. nu. 10. circafi-
nem, de officio Procuratoris Cæſaris, cum adductis
per Caualc. decis. Fiuzan. 5. nu. 22. & decis. 1. nu.
27. l. 10. ad fin. tit. 14. part. 5. Ioan. Vinc. de Anna
allegat. 112. num. 3. Franch. decis. 164. num. 15.

Et t̄ quia semper præsumitur quis actum fa-
cere in vni præcedentis obligationis, & vbi ve-
nit intereste vitandum, aut poena, quā soluere in
casu, in quo non soluēdo, nec intereste curreret,
nec poena incurrit, l. 3. l. & magis, ff. de solut.
decis. Genue 23. num. 5. [Merlin. controvrs. forens.
cap. 77. num. 7.] l. si quidex famosa, l. cum ex pluri-
bus, ff. de solution. l. 10. tit. 14. part. 5. Bart. in d. l. si
quid ex famosa, & ibi Angel. vbi exprefse dicit,
quod si imminet executio contra aliquem, t̄ solu-
tio facta intelligitur ad huiusmodi vitandum
periculum, Imola in l. 1. nu. 4. vers. quarto modo,
ff. de solution. Laderch. de Imola conf. 162. quam-
uis, num. 2. lib. 1. Barbac. in cap. ex parte, num. 9. de
feudis, cuius determinatio nostro casui maxime
conuenit, cū suislet iam petita executio virtute
dicta scriptura indēnitatis pro principali sum-
ma, & redditibus decursis.

Vlterius, quia non appetet debitum aliquod
antiquius, t̄ quam illud, quod ex dicta centius 62
indēnitate procedit, vnde ex hac etiam ratione
pro ipso facta præsumitur solutio, dict. l. cum ex
pluribus, l. in his, l. si ex pluribus, §. fin. l. creditor, §.
Vale.

- Valerius, iurista glos. ff. de solution. l. si duabus, ff. de reg. iur. Alex. conf. 85. ponderatis narratis, n. 1. vol. 3. Bellacomba inter communis Doctorum opinio-nes, lib. 8. tit. 27. C. de solutionibus, nu. 69. Menoch. lib. 2. de arbitri. iudic. casu 493. num. 19.
- 63 Facit t̄ etiam l. 1. C. de solutionibus, vbi qui est debitor ex una causa principali, & altera accessio-ria, & grauiosa viurarū, si soluat simpliciter ce-dit solutio in causam viurarum, Bart. Bald. Paul. & Salicet. ibi Corn. conf. 295. vol. 3. Menoch. vbi proxime, n. 6. Laderch. d. conf. 162. vers. 4.
- 64 Et licet predicta omnia cestarent, t̄ & solutio fuisset facta simpliciter applicari deberet in ca-sum eligendum per soluentem, secundum Imo-lam in l. 1. ff. de solution. l. si quid, cū ibi notatis, & l. quod Labeo, ff. de compensationibus, & tradit Ale-xan. conf. 85. num. 3. vol. 3. Paris. conf. 122. num. 6. vol. 4. decif. Genua 6. nu. 1. Gregor. Lopez in l. 10. tit. 14. glos. 6. circa finem, & ita dictus Andreas de Peñaluer omni modo tutus est, cum producat cancellatum rationum calculum, siue quita-tionem; t̄ cum apacha solutionis facta per ipsum Matthæum Collado, quod sufficit, iuxta l. 2. & qua ibi notant Doctores, ff. de pac̄tis, cap. Ecclesia S. Marie, vbi Abb. vt lite pendente.
- 65 Neque t̄ obstat l. Paulus, §. Paulus, ff. de solutio-nibus, l. in his, §. Imperator, cod. tit. procedit enim quando creditor exigit nomē sui debitoris, quo casu potest in quā causam velit imputare, ita in-telligit Ioan. Vincent. de Anna allegat. 112. n. 5. Nec obstat dicere, quod dicta solutionis apo-cha, qua dictus Matthæus Collado fatetur se-cepisse, s̄dictos 270. ducatos, non habet diem, nec annum, nam non est de substantia hoc habere,
- 67 quia t̄ priuatum est instrumentum, quod fieri potest (vt vulgus ait) sine die, & confule iuxta text. in l. cum tabernam, §. idem quās sit, ff. de pigno-ribus, l. in summa, §. idem labeo, ff. de aqua plu. arc. Bald. in tit. de novo codice componendo, §. quibus, n. 6. & in rubr. vers. viso, C. de fide instrum. Platea in l. 1. C. de apochis publicis, lib. 10. Auend. in l. 4. tit. de las excepciones, n. 20. vers. forma, & in cap. Praetoriū, par. 2. cap. 30. n. 11. Paul. Castr. conf. 216. incip. confirmando, n. 2. vol. 1. Marteclalan, singul. 45. incip. nota quod tempus, decif. Genua 26. n. 14. & decif. 126. num. 2. & 3. Auiles in cap. Praetoriū, cap. 23. glos. dias, n. 3. Tiraq. de retractu conuentio-nali, §. 1. glos. 7. n. 49. & 51. Rebuff. tom. 1. commē-tar. ad leges Gallicas, tract. de chyrograpbo recogni-tione in prefatione, n. 88. Nicol. Boer. decif. 102. sub n. 5. in medro.
- Nec obstat, quod dicta scriptura indemnitas fuit facta causa census, & ex obligatione soluēdi interim eius redditus, nam quo ad cunctum Andream de Peñaluer, non est propriè census, sed debitum cum interesie, & exigibile ad libitum dicti Matthæi, impleto tempore intra, quod erat astrictus redimere sortem principalem, t̄ nam si foret census, non posset compelli ad redēptionem, etiam ex pacto, quod illicitum eset, vt in terminis principalis debitoris anni cēsus, ex ex-trauaganti Martini V. de empt. & ven. l. vbi Car-ranca condit. 4. & ex motu proprio Pij V. adito

14. Kalend. Februarij anno 1568. sequitur Couar. lib. 3. variar. reolut. cap. 9. n. 4. Conradus de cōtra-ctibus, q. 84. cōclus. 5. Soto lib. 6. de iustitia, & iure, q. 5. artic. 3. conclus. 1. Palacio in praxi T belogica de contractib. & restitut. lib. 4. cap. 6. Hottomanus lib. 2. disputatione de usuris, vers. contra usitata, Ant. Gomez iunior in tractat. de censibus, cap. 3. n. 21. & seqq. Felician. eod. tract. lib. 1. cap. 7. n. 15.
- Et t̄ licet hoc deficiat quando pactum sit cum 69 fiduciōlo, quia principalis debitor se obligat in-tra certum tempus censem redimere, ex l. La-cius, ff. mandati, l. si pro ea, C. eod. tit. cap. vlt. vbi glos. de fideiuss. l. 14. tit. 12. par. 5. quia hoc non in-uenitur in annuis redditibus limitatum, & quo-di-anus usus admittit, ex Felician. vbi proxime num. 17. in casu nostro sufficit, quod execu-tionem petierit dictus Matthæus Collado pro dicta quātitate indemnitas, vt pro debito ordinario, & simplici ad hoc, vt inclusa videatur in rationi-bus, & calculis, postea factis, vt in rei veritate fuit inclusa.
- Minus obstat dicere, quod dicti 270. ducati fuerunt persolati, quibusdam diebus ante imple-mentum vltimi termini solutioni præfixi, non spectato vltimo fine quadriennij, t̄ quia cū di-ctum tempus appositum fuerit fauore dicti Andreæ de Peñaluer debitoris, l. cedere diem, ff. de ver-bor. signific. l. stipulatio 38. §. inter certam, ff. de ver-bor. obligat. l. Fulcinus, §. si in die, ff. ex quibus cau-sis in possessionem eatur, §. omnis, iustit. de verbor. obligat. l. cum tempus, ff. de reg. iur. Alexand. conf. 95. in causa, n. 3. vers. sedita, vol. 1. Anchæ. in elem. 1. nu. 7. de celebrat. Missar.
- Potuit anticipare solutionem, t̄ & iuri pro se 71 introducto renuntiare, l. quod de certa, vbi late-Doctores, ff. de solution. d. §. inter certam, vbi Ro-man. nu. 8. l. quod quis 49 ff. de obligat. action. l. in-tra dies 7. ff. de re iudic. l. si ita 41. §. sed si ita, ff. de manu. tejam. Anton. Gomez. tom. 2. variar. re-solut. cap. 11. num. 22. iuncta regula l. quod fauore, ff. de regul. iur. l. si quis in conserbendo, C. de pac̄tis, l. quaritur, §. si venditor, ff. de edil. adiūt. l. si Iudex circumuento, ff. de minorib. Abb. in cap. ex trans-missa, num. 1. de renuntiat. Alex. conf. 116. viso, & examinato, nu. 2. lib. 3. maximè quia solutio po-test fieri, etiam pro futura obligatione, l. soluta, ff. de solut. decif. Genua 4. num. 19.
- Et quietatio vniuersalis extenditur, etiam ad creditum, t̄ quod erat in certa spe, cuius tamē 72 exactio dies nondum venerat, vt late tradit Surd. conf. 267. n. 22. & seq. post Bart. in locis à se citatis, Morotius responso 43. n. 23. & vltra ipsos hoc clare probat Paul. Castr. conf. 132. nu. 3. circa finem, lib. 1. Crott. conf. 14. n. 32. quoties enim cō-trahens, t̄ potuit cogitare de iure, quod sibi cō-petebat in aliquibus bonis tēpore dispositionis, cogitatio illa generalis sufficit, l. qui iure. ff. de mi-lit. teſta. n. Crott. conf. 294. nu. 1. late Menoch. conf. 335. à n. 22. & seq. & n. 40. lib. 4.
- Quæ omnia ex eo etiam vera esse constat, nā in scriptura facta per Andream de Peñaluer, qua se obligauit soluere dictos 270. ducatos, afteritur quod rationes originales, ex quibus dictum resi-duum

duum processit, remanebant penes dictum Matthæum Collado, & licet ad petitionem dicti Andreæ iussiu[m] fuerit Io. Bapt. Collado filio, & hæredi dicti Matthæi, vt dictas rationes exhiberet id facere haec tenus nequivuit, constaret quippe ex eis inclusam in ipsis fuisse quantitatem dictæ indemnitatis annui censu[s], † vnde contra ipsum præsumitur, qui ædere, & exhibere instrumentū non vult, l. fin. C. de fide instrument. Bald. in l. publicati in princ. ver. item nota de testament. Afflict. decif. Neap. 330. num. 2. Gregor. Lopez in l. 10. tit. 14. part. 3. glos. 1. Auiles vbi supra, cap. 6. glos. parecer, nu. 3. 10. Garcia de nobilitate, §. 1. glos. 2. num. 42. ideo nulla culpa potest imputari dicto Andreæ de Peñaluer, quia non stat per ipsum, quominus exhibitio fiat, argum. text. in l. iure ciuili, ff. de condit. & demonstr.

Quas rationes dictus Matthæus Collado debat custodire, vt exhiberi possent quandocunque opus foret, nec fides adhibenda est Ioanni filio assenserenti ipsas fuisse deperditas, sicut non est credendum administratori dicenti, se confecisse librum, sed perdidisse, nisi casum probet, † quia ipsius officio incumbebat, non solum confidere, sed diligenter custodire, aliás est iuris præsumptio, quod non perdidit, sed quod malitiosa occultet, iuxta notata in l. si quis ex argentiarijs, §. penult. ff. de edend. l. cum ita legatur, §. species, ff. de legat. 2. tradit Rebuff. alios allegans in l. hoc sermone, §. inter edere, vers. quod si tutor, ff. de verbis. signif.

Pro quo etiam facit, † nam si scriptura penes patrem fuit (vt hic fuisse probatur) cogitur filius exhibere, quia præluminitur esse apud eum, vt tradit Aym. Crauet. conf. 172. num. 6. Burgos de Paz junior q. 5. ciuili, n. 13. ex d. l. si quis argentiarijs, §. fin. Io. Garcia de nobilitate, §. 1. glos. 2. nu. 41. dicens, quod huiusmodi ædictum de edendo ad successores recte deductum est, ex d. l. si quis ex argentiarijs, §. cogentur, & l. quædam, §. nihil inter- est, ff. de edendo, † quia ad filium peruenisse præsumitur, ex regula text. in l. siue possidetis, C. de probationibus. quam in materia exhibitionis, ad hoc allegauit glos. verbo fuisse, in l. non ignorauit, C. ad exhibendum, recepta per Bart. & Doctores ibi, & ex l. si Procuratorem, §. fin. ff. mandati, hoc tenet Alex. conf. 58. circa primum, n. 5. vol. 1. & facit pro codem l. fin. ff. de fide instrument. l. si que sunt causiones, ff. familiae erescundæ.

Cuius est ratio, † nam in dicta scriptura obligationis, quæ efficit probationem probatam, Angel. in l. interest notabili ultimo, C. de solutionib. Socin. conf. 89. n. 17. vol. 1. & conf. 2. vol. 3. Roland. à Valle conf. 40. quod in instrumentum, num. 8. & conf. 76. eod. num. lib. 2. Io. Bapt. Ferret. conf. 266. nu. 6. vol. 2. Io. Cæphal. conf. 4. n. 22. vol. 1. Alciat. de præsumptionibus, regul. 3. præsumpt. 13. nu. 8. refertur, & assentitur, quod dictæ rationes originales remanebant penes Matthæum Collado, vnde militat resolutio iuris, † quod quis tenetur ædere, non solum instrumentum, quo se iuuat, sed etiam alia in ipso relata, Bald. in l. in ciuile circa finem, ff. de legibus, Alex. conf. 3. col. 1. n. 1. lib. 2. refert, & sequi

tur Dec. in l. adita, n. 88. C. de ædendo, Aym. Crauet. conf. 112. in causa magistri, n. 15. lib. 1.

Et quia sicut dictus Matthæus debebat ædere, ita ipsius filius, & hæres, † quia ille, qui in ius alterius succedit, iure illius ut debet, l. qui in ius 137. ff. de regul. iur. glos. verbo sed verius, in l. si duo 16. ff. de legat. præstand. l. quædam, §. 1. ff. de ædendo, Tiraq. de retractu lignag. ad finem tituli, nu. 4. 8. † nec defunctis plus iuris in filium, & hæredem transferre potuit, quam ipse habebat, ex l. traditio, ff. de acquir. rer. domin. l. qui tabernas 32. ff. de contrah. empt. Bald. per eam, nu. 11. in rubr. C. cod. tit. l. nemo plus, ff. de regul. iur. Gregor. Lopez in l. 53. tit. 5. par. 2. glos. 2. Roxas in epitoione omnium successionum, cap. 5. n. 39. Roland. à Valle conf. 6. num. 3. lib. 3. & facit l. 2. in ratione sua, ff. de coniungend. cum emancipato liberis eius, vbi filius, † qui ex patris persona ad aliquid vetus est debet iuxta patris sui conditionem venire, nec potest esse melioris conditionis, quam ipsius pater, l. 1. C. de condit. insert. l. qui quadraginta, vers. nam hæres, ff. ad Senatusc. Trebellian. Paul. Castr. conf. 19. n. 32. vol. 3. Aym. Crauet. conf. 243. incip. decepit Dominus, nu. 6. par. 2.

Maxime † cum hæres reputetur eadem persona cum defuncto, auth. de iure iuran. a moriente præstito in princ. col. 5. Bart. in l. eius, qui in Provincia, n. 14. ff. si cert. pet. glos. vlt. in l. cum hæres, ff. de liber. legat. Bald. in l. si abducta, nu. 6. C. defurtis, Roland. à Valle conf. 71. vijs priuilegijs, n. 60. vol. 2. & quia obligatio ædendi rationes prædictas, quæ aderat contra dictum Matthæum Collado penes quem remansere, † & per ipsum facta libera ratio in fauorem dicti Andreæ de Peñaluer, non potuit immutari ex hæredis persona, l. cui fundus, ff. de condit. & demonstr. l. 2. §. ex his, ff. de verbis. obligat. Bald. in l. 2. n. 3. C. de hæred. tarijs actionibus, Tiraq. de retractu conuentionali, §. 1. glos. 6. n. 31. Hieronym. à Laurentijs decif. Rotæ Auenion. 72. n. 1. Straccha in tract. de adiectione, par. 3. n. 89. † maxime cum dictus Ioannes Collado non iurauerit amnisias esse rationes factas cum dicto Andrea, & eas in posse suum non peruenisse, vt vel hoc colore ab exhibitione excusaretur, ad text. in l. fin. vers. sinaut. C. de fide instrument. quæ allegat Bart. in l. si quis ex argentiarijs, §. an vero hæredi, ff. de ædendo, Bald. in l. bi, qui ad ciuila, C. de appellat. Io. Vinc. de Anna allegat. 5. à n. 7. Franc. de Aret. conf. 120. Et ex omnibus prædictis dictam viam executiuan non habuisse locum, & dictum Andreani de Peñaluer ab soluendum esse mihi de iure videtur. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Beneficia possunt viri ante quam videntur.
- 2 Unio beneficij non nocet possessori durante eius vita.
- 3 Seminarij erectione debet esse facta unionis tempore.
- 4 Possesso beneficij capta post unionem in Ecclesia, ubi est situm radicavit ius seminario, quo ad beneficium, & eius iura.
- 5 Beneficio semel legitime unito non succedit eius

- vacantia, ac si in rerum natura non esset.
- 6 Beneficium unitum pio loca non confertur.
- 7 Beneficium unitum non potest impetrari.
- 8 Beneficium unitum non resignatur.
- 9 Permutatio non fit beneficy uniti.
- 10 Unio perpetua extinguit titulum, & tollit vincula.
- 11 Papa solet suspendere unionem virtute resignationis in favorem.
- 12 Pontifex si nō facit expressam mentionem unionis suspendendo eius effectum, prouisio est nulla ipso iure, nec titulum prestat.
- 13 Nihil sequitur ex actu nullo.
- 14 Unione queritur ius ad rem, vel in rem.
- 15 Unionis effectus non tollitur per prouisionem Papae, nisi de unione fiat mentio expressa.
- 16 Unione legitimè facta a seminario, et nulla imprestitio beneficy, quæ fieret à Papa.
- 17 Titulus inuidus, pro nibili reputatur.
- 18 Duo insolidum possidere non possunt.
- 19 Manuteneri debet in possessione habens titulum coloratum.
- 20 Possessorum iuditium maximè restituendæ est multum fauorable.
- 21 Possessionem magis antiquam probans, obtinet in iudicio reintegranda.
- 22 Possessio recentior stante antiquiori, presumitur vitiosa.
- 23 Possessio capta de facto, non interuerit legitimam.
- 24 Iniquum est possessionem à superiore obtinere nō citatis veris possessoribus.
- 25 Licentia ingrediendi possessionem, non citata parte, nibil operatur.
- 26 Possessionem intrans rei meæ, tanquam in rem suam turbare dicitur.
- 27 Possessio vitiosa antiquiori, & legitimo possessori non nocet.
- 28 Prædo etiam non ejicitur à possessione sine cognitione cause.
- 29 Titulus coloratus in possessorijs, qualis sit.¹
- 30 Seminarium habet titulum legitimum in beneficijs, unitis vigore Concilij.
- 31 Unio facta à Commissarijs Concilij censemur ab eodem, vel sua Sanctitate facta.
- 32 Unioni à Superiori factæ inferior non præiudicat.
- 33 Unio non dissoluitur, nisi cessante causa propter quam facta fuit.
- 34 Formam impleri effectualiter sufficit.
- 35 Forma respiciens certum effectum impleri per equipollens potest.
- 36 Equipollens dicitur quando est idem in effectu.
- 37 Interpretatio sumenda est, per quam actus iustitia ur.
- 38 Solemnitas extrinseca enunciata in unione Episcopi præsumitur interuenisse.
- 39 Uniones an sint odiosæ.
- 40 Unio facta pro futuro seminario, censemur facta propria, & fauorabili causa.
- 41 Seminaria Ecclesiastica, quibus de c. usus fuerunt introducta.
- 42 Allegare non sufficit, nisi probetur.
- 43 Instrumentum efficit probationem probatam.
- 44 Unio fortitudo effectu per executionem, notifica-

- tionem, & possessionis adeptionem.
- 45 Aduerjaris si perperam impedit possessionem apprebindi lex fingit etiam apprehensionem.
- 46 Imputandum non est illi, per quem non stat.
- 47 Liber efficit a lege, cui Dominus libertatem debitam negavit.
- 48 Intellexi ad regulas Cancellariae Gregory XIV. & Innocenty IX. de reuocatio unionum.
- 49 Presupposito jublato argumentum non subsistit.
- 50 Unionum reuocatoria inveniuntur, quo ad temporales, non quo ad perpetuas.
- 51 Papæ non præsumitur velle derogare Concilio.
- 52 Conciliaris constitutio habet in se clausulam derogatoriam.
- 53 Conciliaris constitutioni difficultius derogatur.
- 54 Regula Cancellariae reuocatoria unionum, non intelligitur de unionibus seminary.
- 55 Uniones, que non comprehenduntur in dicta Regula Cancellariae reuocatoria unionum.
- 56 Generali sermone non comprehenditur factum adipiam causam.
- 57 Priuilegiata causa non venit in generali sermone.
- 58 Possessio quanto tempore perdatur.
- 59 Possessio non dicitur amissa sine scientia, & patientia.
- 60 Contradicens non prestat patientiam.
- 61 Ius nostrum sine facto nostro non amittimus.
- 62 Negligentia unius alteri non nocet, & num. 65.
- 63 Administratorum negligentia jeminario nocere non debet.
- 64 Unione fuit ius plenè quæsumum seminario.
- 66 Pia loca non amittunt possessionem decennio, sed requiruntur 40. anni.
- 67 Seminarij potest intentare contra intrusum medium proprietatis, & possessionis.
- 68 Remedia petitorij, & possessorij cumulari possunt.

ARGUMENTVM.

¶ De vnione beneficiorum facta Seminario, & nullitate prouisionis illorum facta ab Ordinario, & manutentione Seminario concedenda.

CONSILIVM XXII.



N lite, & causa, quam tractat Seminarium Ecclesiasticum Episcopatus Conchensis, super manutentione posseisionis beneficij simplicis Parochialis Ecclesie villæ de Horcayada Conchensis Diœcesis, quod unitum, & annexum est dicto Seminario, pro executione decreti Sacri Concilij Tridentini; contra Licentiatum Dionysium de Roxas, Clericum in dicto Beneficio, intrusum praetextu cuiusdam nullæ prouisionis sibi factæ per D. Episcopum Conchensem, ut constet notoria iustitia dicti Seminarij, sequentia sunt aduentenda.

Circa factū, quod 2. Iannuarij 1585. Dominus Gomezius Zapata Episcopus Conchensis, & deputati pro parte Decani, & Capituli, & Cleri Parochorū, & Beneficiorum dictæ Ciuitatis, pro exe-

executio dispositionis Sac. Concil. Trid. *seff.* 23. *cap.* 18. tanquam deputati, & administratores dicti Seminarij illi vniuerunt dictum Beneficium, quod tūc possidebat D. Didacus de Ulloa, & prōniaiori robore, & firmitate cum dictum Seminarij iam haberet Collegium habitationis popu- latum cum Magistris, Rectori, & Collegialibus, 25. Augusti 1594. fuit iteruni, & de nouo facta vno dicti Beneficij per D. Ioannem Fernandez Badillo Epilcopum Conchensem, & deputatos Seminarij eiusdem Beneficij, sed præstimonij, & aliorum, & 26. eiusdem mensis coram Iuliano Tudela Notario Apostolico, & uno ex quatuor numerarijs Tribunalis Episcopalis, fuit facta for- miter acceptatio vnionis per dictum Rectorem, & Collegas, & facta publicatio solemnis cum af- fictione adiutorum, tam in Cathedrali Ecclesia, quam in Parochialibus, in quibus erat Beneficia, vniata, & capta possessio per Procuratorem dicti Seminarij, in qua esse manutenendum, sequenti- bus constabit.

Primo, nam quamuis dictum præstimonium possideret dictus D. Didacus de Ulloa potuit ante vacationem illius vniiri Seminario, † quia re-
¹ gulare est Beneficia vniiri posse antequam vacent,
cap. & *temporis qualitas* 16. q. 1. vbi glos. *versic.*
vnio, *cap.* 1. ne sede vacante, *cap.* *expofuiti de pra- bend.* Gambar. *lib.* 5. *de potestate legati de later, erub.*
de potestate eius in vniendo, *num.* 124. Paul. Fusc.
lib. 2. *de visitat.* *cap.* 26. *n.* 10. Ludouic. Gomez de
expeſtatiuſ, *n.* 117. Nauar. *conf.* 1. *de restit.* *spoliat.*
n. 10. & *conf.* 15. *de reb.* *Eccl. non alien.* *n.* 3. Thom.
Zerola. *in praxi Episcopali*, *verbo vnio*, *vers.* *ad sep-*
timum, & *in vniionibus Seminario factis*, *Concil.*
Trid. d. seff. 23. *cap.* 18. *vers.* *necnon*, & *vers.* *succed-*
te verò, Iacobus Menoch. *conf.* 294. *n.* 3. *vol.* 3. &
Congregatio sacra declarat. 474. Thom. Eastolus
cauſa 2. *dubio* 7. *num.* 1.

Nec fuit necessarium citare dictum D. Didac-
cum de Ulloa postlesorem dicti præstimonij ad,
illius vniōne, & effectum eius, quamuis eius vi-
ta durante, † non causaret illi præiudictum, ex
² clement. 2. vbi glos. *verbo vocatus, de reb.* *Eccl. non*
alienand. Rebuff. *responso* 104. *vers.* *contrarum*,
& *in praxi beneficiali*, *tit.* *de reprobata benefic.* vi-
uent. *impetrat.* glos. 7. *num.* 56. *allegans cap.* *con-*
sultationibus de donat. Cardinal. q. 1. *num.* 7. In 10.
num. 12. Anchar. & Abbas 5. Vitalin. 8. *in d. cle-*
ment. 2. *idem* Rebuff. *in regula de vniionibus*, glos.
11. n. 8. Petr. Perusin. *in tract. de vniionibus Eccles.*
cap. 5. *num.* 7. Caccialup. *ead. tract.* q. 8. n. 14. Ro-
ta Romana diuersor. *par.* 2. *decif.* 1. 33. *sacri palaty,*
n. 3. Rota decif. 1. *de reb.* *Eccl.* n. 2. *in nouis*, Caslad.
decif. 2. *de vniionibus*, *n.* 10.

Quia sufficit dictum Seminarij iam † esse ere-
³ etum, dictum Concil. Trident. *seff.* 23. *cap.* 18. ibi:
Huic Collegio applicabunt, & *incorporabunt*, & fa-
cit, *cap.* *Abbate sanè de re iudic.* *in sexto*, *cap.* *ad au-*
dientiam de Eccles. *adificand.* & pluribus fundame-
tis, & Rotæ decisionibus, probat Hieronym. Gon-
çalez *super regul.* 8. *Cancellariae de mensibus*, & *al-*
ternatiua, glos. 5. §. 7. *num.* 68. & seqq.

Et cum capta fuerit possessio dicti præstimonij

nomine, † & pro parte Seminarij in ipsamet Pa-
rochiali Ecclesia vñla de Horcajada, remāsit illi
ius radicatum, respectu dicti Beneficij fructuum,
& iurium illius, etiam absque alia apprehensione,
tēste Innoc. *in cap. in literis de restit.* *spol.* Docto-
res in l. 4. *per illum text.* & in l. *cum hæredes*, ff. de
acquir. *possess.* Caballinus *milleloqu.* 910. dicens,
quod qui sic fuit adeptus postlesionem potest
agere remedij possessoris, ex Guidon. Papæ cōf.
71. *pro diuīsione*, col. 4. *vers.* *quinto p̄aſſuppono*; &
ita remāsit clausa porta vacationi, † & prouisio-
ni dicti præstimonij, ac si non esset in rerum na-
tura, lo. Bapt. Ferret. *conf.* 242. *incip.* *redemptoris*,
num. 7. vbi post Rotam ait, quod Beneficium vni-
tum, alteri perdit nomen Beneficij, nec potest ap-
pellari illud, quod erat ante vniōnem, sequitur
Felin. *in cap. in nostra*, *corollar.* 33. *derecriptis*, idem
Io. Bapt. Ferret. *conf.* 125. *n.* 1. *tom.* 1. *conf.* 255. *nu-*
7. *Rota decis.* 1. 1. *num.* 1. *de reb.* *Eccl. non alienand.* *in*
antiquis, Oldrad. *conf.* 257. *incip.* *factum tale epi*, *n.*
15. *vers.* *per vniōnem tamen*, & *n.* 18. *vers.* *nec du-*
bitandum, Caccialup. *tract. de vniionibus*, art. 8. *n.*
8. Frederic. de Senis *tract. de rerū permuat.* q. 33.
Hieronym. Gonçalez *vbi proxime*, *n.* 1. Seraphin.
decif. Rota 1011. *nu.* 1. & 5.

Facit eidem Frederic. de Senis *conf.* 200. *incip.*
quod † *permutatio circa medium*, *vers.* *præterea*,
vbi ait, quod quando Beneficium est vnitum, au-
rante vniōne non est vacaturum, nec potest con-
cedi in Beneficium, quia cœletur de mensa illius,
cui est vnitum, lo. Bapt. Ferret. *d. conf.* 142. *nu.* 8.
Ludouic. Gomez. post Ioan. Andream, Freder. &
alios *in regula de triennali*, q. 8. n. 2. *vers.* *quod autē*,
Paris. *conf.* 31. *n.* 10. *vol.* 4. Caccialup. *de vniionibus*,
art. 8. n. 7. Mandos. *regula de infirmis*, q. 10. *num.* 2.
Hieronym. Gonçalez *super regul.* 8. *Cancellariae*, §.
7. glos. 5. n. 7. clement. 1. *desuppl. neglig.* Prælat. cle-
ment. *frequens de excessibus* Prælat. Petr. Gregor.
de benefic. Eccles. *cap.* 20. *num.* 15.

Et ita est resolutio certa, † quod Beneficium
semel vnitum non potest impetrari, Felin. *in cap.*
in nostra, *num.* 23. *corollar.* 27. *de rescript.* Rota de-
cis. 46. *ead. tit. in antiquis*, Rebuff. *in praxi benefi-*
ciali, *tit. de vniionibus*, *num.* 14. Puteus lib. 1. *decif.*
247. a. *num.* 7. Selua *in tract. de benefic.* par. 3. q. 15.
num. 76. Gonçalez d. glos. 5. *nu.* 22. Rota decif. 13.
vt lite pendente in nouis, *num.* 2. † nec resignatur,
vt post Oldrad. conf. 257. a. *nu.* 20. *vers.* 3. & Petr.
Gregor. *syntagmat. iuris*, lib. 17. *cap.* 17. *num.* 18.
tradit Flamin. Paris. lib. 2. *de resignat. benefic.* q. 9.
nu. 1. & 2. † Idem probans in permutatione, quæ
nequit fieri de Beneficio vniōto, lo. Andr. *in addit.*
ad Speculat. tit. de præbend. in princ. Frederic. de-
Senis *tract. permut. benefic.* q. 33. Rota decif. 3.
de rer. permuat. in antiquis, & decif. 1. *ead. tit. in*
antiquioribus, Gambar. *in cap. lib. et*, *num.* 78. *ead.*
tit. in sexto; † est enim vno perpetua extintiua
tituli tollens omnia vincula, secundum Cassiador.
decif. 2. *de vniionibus*, *nu.* 2. & ideo fuit nulla ipso
iure prouisio, quæ prætenditur facta suisdicti
præstimonij in personam D. Francisci de Pareja,
in favorem cuius resignasse dicitur dictum Di-
dacum de Ulloa, & evidentius est nulla prouisio
facta

- facta disto Dionysio de Roxas; tamen licet Papa soleat suppedere vniōnem virtute resignatiōnis in fauorem factae, ut per Mādosium de signatura gratiae, tit. renunciations, col. 4. infin. & fuit resolutum in vna Cōchensi prætimoniū 23. Octobris 1542. testibus Puteo lib. 1. decis. 357. & Flamin. Paris. d. q. 9. num. 8. & seq. tamen Pontifex non facit expressam mentionem vniōnis suspendendo illius effectum, pro ipsa vice est ipso iure nulla prouisio, nec prouiso titulum præstat, Felin. in d. cap. in nostra, n. 23. vers. vigesimum septimum corollarium de rescriptis, Selua de benefic. d. par. 3. q. 11. num. 76. Iacob. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. casu 201. n. 133. tamen quia ex actu nullo nihil sequitur, l. si ut proponis 1. C. quomodo, & quando Iudex, l. quotiens, ff. qui satisfid. cog. Rebuff. respons. 59. vers. 3. quid in respons. 20. vers. non obstat, ait, quod vniōne facta nulla est facienda alteri collatio beneficii, & si de facto fiat non procedit præscriptio ex mala fide, argum. cap. vigilanti de præscriptionibus, Gregor. Lopez in 154. tit. 5. par. 5. glos. 2. Demosthenes in oratione aduersus Maccatum, dicens: Ego verò sic extimo conuenire Iudices, et is, qui aliena iniuste tenuit, non queratur se ea diutius tenuisse.
- Facit in confirmationem, tamen quod per vniōnem queritur ius ad rem, vel in re, Oldrad. conf. 257. n. 29. Puteus decis. 357. n. 10. lib. 1. Papa autem nunquam tollit ius alterius, neque in re, neque ad re, vbi hoc non exprimit, cap. ex tuarum de auth. & vsu palij, cap. super eo de officiis ordin. Rota decis. 33. n. 5. de præbend. in antiquis, Boer. decis. 346. nu. 2.
- tamen Ideo effectus vniōnis non tollitur per prouisionem Papæ sublequentem, nisi de vniōne fiat expressa mentio, Speculat. & Io. Andr. ad cunctit. de præbend. in princ. Boer. decis. 346. num. 2. in fine, Rota decis. 3. num. 2. de rer. permutat. in antiquis, vnde Thom. Zerola in praxi Episcopali, verbo vno, vers. primum dubium, ait, tamen quod si Episcopus facit vniōnem Benefici, non vacantis, iuxta Conciliū decretum, & aliquis succedente vocatione impetrat illud à Papa, non irritatur vno facta Seminario, nec impeditur illo facto ex Concil. Trid. d. eff. 23. cap. 18. vers. nes per resignationem, Cardinales sacræ Congregationis declarat. 474. Flamin. Paris. de resign. benefic. lib. 1. q. 9. num. 14. & 15.
- Et ita præfati D. Franciscus de Pareja, & Dionysius de Roxas fuere intrusi, nec in dictum præstimonium titulum habuere, tamen titulus invalidus pro nihilo reputatur, l. quemadmodum, C. de agric. & cens. lib. 11. cap. dudum de decimis. [Mut. decis. 54. n. 20.] Marc. Ant. Eug. conf. 43. n. 29. lib. 1. & dictum Seminarium dicta sua antiqua, & legitimæ possessionis ratione debet in ea conservari, & manuteneri excluso dicto Dionysio; tamen non supposito, quod non poslunt duo insolidum possidere, l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir posseff. Alciat. respons. 99. n. 3. Achiles de Grassis decis. Rota 185. alias 21. de probationibus, n. 2. Solum debet attendi posseff. antiquior, cap. licet causam, vbi Doctores de probat. cap. si à sede de præbend. lib. 6. Aley. conf. 192. n. 1. lib. 2. & conf. 110. n. 1. lib. 1. Al-

ciat. respons. 24. n. 3. Io. Gutier. tom. 1. canonicas. quæst. c. 34. n. 52. L. quoties, C. rei vindicatione, vbi prior posseff. potior est, id est Alciat. resp. 284. n. 1. tamen & de iure in sua posseff. manuteneri debet, qui colorem possidendi, siue vt vulgo dicitur titulum coloratum, habet Io. Bapt. Ferret. conf. 1. n. 4. conf. 349. n. 7. tamen posseff. iudicium, maxime restituenda est multum fauorable in spoliants odium, Bisignetus decis. 1. nu. 3. de causa posseff. & ideo sufficit probare magis antiquam posseff. in iudicio reintegranda posseff. cap. redintegranda 11. q. 3. Abbas in c. cum ad sedem de restit. spol. Alciat. respons. 169. nu. 8. Virgin. de Voccatis de cingulo I. C. Romani, c. 2. n. 93. fol. 304. tom. 3. tractatum diuersorum, par. 2. Cornel. Benincasius tract. de paupert. pecuniali 6. in contractibus, num. 13. Guido Papæ conf. 13. num. 5. nam posseff. & recentior stante antiqua præsumitur vitiola, ut dicunt Doctores in d. cap. licet causam de probationibus, & in l. 1. C. vti posseff. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 324. nu. 8. Roland. à Valle conf. 46. nam. 40. conf. 72. nu. 2. vol. 2. & posseff. capta de facto, tamen per spoliū non interuerit posseff. legitimam, Puteus lib. 1. decis. 170. num. 3. ex l. si quis rem, ff. de acquir. posseff. quamvis dicti D. Franciscus de Pareja, & Dionysius de Roxas intentaissent, & prætendissent apprehendisse posseff. Iudicis mandato, nam tamen imperans posseff. a superiore, non vocatis posseff. dicitur impetrare ius iniquum, nec talis auctoritas excusat, sed accusat, Curt. iunior conf. 71. ad finem, Borgnia. Cauacan. decis. Fiuzan. 13. n. 17. par. 1. & decis. 45. num. 51. par. 2. Dec. in l. fin. n. 5. vers. & etiam licentia, C. de editio D. Adr. toll. dicens, tamen quod licentia data à Iudice ingrediendi posseff. non citata parte nihil operatur, & est exequē, ac si apprehenderet posseff. propria auctoritate, noratur in l. usitata, ff. de acquir. posseff. Joseph. Ludou. decis. Perusina 69. n. 6. par. 2. Petr. Benintendis decis. Rota Bononiensis. 93. n. 9. & cum dictum Seminariū non fuerit citatum, prout non fuit, non dicitur posseff. sed turbatio, quād supradicti prætenderunt apprehendere; tamen si quis intrat posseff. rei meæ, tanquam in rem suam, vel me inuito turbare dicitur, l. Diuus, ff. de seruitut. rustic. prædior. teste Bart. conf. 112. incip. quidam accusatus, vol. 1. Bald. conf. 45. lib. 3. Corn. conf. 94. vi. o. processu, col. 3. lib. 3. Caball. mill. loq. 91. 6. & nihil sibi proficit taliter apprehensa posseff., tamen nec antiquiori, & legitimo posseff. præjudicat, cap. licet Episcopus de præbendis in sexto, Barbac. conf. 13. num. 1. vol. 3. Callador. decis. 1. n. 7. de restit. spoliat. Menoch. de adipisc. posseff. remed. 4. n. 448. Rebuff. tract. de pacific. posseff. n. 252. tamen etiam prædo in sua posseff. est manutenendus, nec ab ipsa posseff. eisici, sine cautela cognitione, & ius in Iudicis, l. 1. §. hoc interdicto, vbi Bart. ff. de itinere, actaque priu. ito, l. mem. nerint, C. vnde vi. l. fur. C. si per vim vel alio modo, Crauet. conf. 4. num. 6. & seqq. late Plotus in l. si quando, num. 84. & seq. C. vnde vi, Cauacan. decis. Fiuzan. 44. n. 68. par. 1. Barbacia conf. 4. nu. 6. lib. 3. Celsus Hugo conf. 119. num. 2. Diaz

Diaz regul. 63. n. 1. Io. Bapt. Ferret. cons. 28. nu. 2. vol. 1. cons. 339. n. 7. tom. 2. Rebuff. in cap. 1. notab. 7. de causa possess. & respon. 59. Mieres de maiorat. q. 14. nu. 6. Achilli de Graisis decis. Rota 252. alias 32. de appell. n. 4.

Et in terminis, † quod ad iudicium possessorum sufficiat exhibere, & producere titulum coloratum, docet Rota decr. 7. de probat. in nouis, & titulus coloratus dicitur ille, qui est habitus auctoritate superioris licet prouisio pateretur de factum, Rota decr. 16. de rebus. spol. neip. si A, conseratur in nouis, Franch. cap. fin. col. 2. de restitut. spol. in sexto, Puteus lib. 2. decis. 221. n. 1. Io. Bapt. Ferret. cons. 92. n. 4. tom. 1. Beniuent. conclus. 23. Rota Bononiens. n. 4. Caballinus milvioq. 923. † & Seminarium in hoc calu non solum habet titulum coloratum, sed legitimum, & validum, tanquam factum solemniter per dictos Dominum Episcopum, & Deputatos, qui vnonem fecere auctoritate Apostolica, & sancti Concil. Trident. ad tradita per Cæsarei de Graisis decis. 132. alias 1. de reb. Eccles. non aken. num. 8. & 21. Hieronym. Goçalez ad regul. 8. Cancellaria, §. 7. glo. 5. nu. 109. † & est idein, ac si sua Sanctitas, & idein Sac. Concil. Trident. fecissent, argum. l. 1. C. de veteri iure enucleando, ibi: Omnia enim merito nostra facimus, quia ex nobis omnis eis imparitur auctoritas, cap. vt famæ de sentent. excommun. ibi: Cum hoc no ipse, sed illi, quoram auctoritate id faciunt facere videantur, Bart. in l. more, n. 8. ff. de iur. fd. omn. iudic. Ant. Gomez tom. 1. variar. cap. 9. n. 20. in prin. 32. cap. vers. secundo facit; † & ita nullus inferior potuit quicquam facere in derogationem dictæ vnonis, contra cap. sicut unire, vbi glo. ae excessibus Prælatorum, Petr. de Perusio in tract. de revocatione vnonis, cap. 4. maximè exilente durabiliti, & perpetua causa, propter quam dicta vno fuit facta, prout esse debet credio dicti Seminarij; † vaio autem non potest dissoluiri, nisi cessante causa propter quam est facta, clemens ne in agro, §. ad hæc de statu Monach. Rebuff. responso 104. veram vno, Caciali cap. in tract. de vnonib. art. 9. n. 1. Rota Rom. diuersi facri Palat. lib. 3. part. 3. decis. 642. n. 3.

Nec obstat dicere predictam vnonem fuisse deficiuosam eo colore, quod iuxta dictum Concil. præfata seff. 23. cap. 18. debebat incipi faciendo collectam, seu repartimentum pro sustentatione Rectoris, & Collegialium, & expensis Seminarii, & non faciendo vnoneim Beneficiorum, nam considerato, quod ea fuit mens Concilij, quod interim, quod vno sortiebatur effectum, vt Seminarium haberet necessarias expensas collecta posset indicere, hoc non fuit necessarium facere in dicto Seminario Conchensi, quod à principio sua foundationis habuit certos redditus, præcipue triginta millia morapetinorum redditus iuri super Regijs gabellis, & praestimonia Ecclesiastarum Parochialium villarum de Aluenda, & la Parrilla, & Sanctissimæ Trinitatis Alarciris, quæ vacarunt per promotionem ad Archiepiscopatum Montisrealis D. Ludouici de Torres illarum possessoris, per cuius promotionem auctoritate Apo-

Tom. I.

stolica, & accedente Regio consensu remansere illarum fructus dicto Seminario, quo bono principio potuit commode sustentari absque eo, quod esset necessarium grauare Episcopatum, & Cleru illius, dicta collecta, seu superindictione. Nam licet dictum Sacrum Concilium id apposuisse pro forma, quod negatur remanebat impleta, † quia satis est formam effectualiter impleri, l. mulier, ff. ad Senatus. Trebellian. l. fin. ff. mandati, l. si mater, vbi Dec. notab. 2. C. de instit. & substit. Aim. Crauet. cons. 177. n. 4. & ita est relatio recepta, † quod quando forma recipit certum effectum, sufficit si per æquipollens impleatur, l. si mater, C. de instit. & substit. l. stabemus, iuneta gl. C. de testamentis, & in l. 2. ff. de liber. & postbunis, optimus text. in auth. de nuptijs, §. 2. distractabuntur collat. 4. & in l. à Diuo Pio, §. in venditione, vbi Bart. ff. de re iudic. Hieronym. Gratt. respon. 121. num. 9. & post Dec. notab. 2. in dict. l. si mattr, Burgos de Paz cons. 32. n. 17. Rota Romana sacri Palatij par. 1. decis. 267. nu. 6. coram Aldobrandino; † aequipollens autem dicitur, quando est idem in effectu, vt per Bart. in l. frans, ff. de legibus, Rolad. à Valle con. 49. nu. 25. vol. 3. & ita ceslat obiectio defectus formæ, cum completa fuerit sufficienter; † & quando essemus in dubio debebat, & debet summi interpretatio, vt actus susineatur, iuxta l. quoties de rebus dubijs, maximè in materia tam pia, & fauorabili, qualis est ipsius Seminarii, vt in terminis ponderat Cæsar de Graisis decis. 132. alioqui l. de reb. Eccles. n. 2. & 3. qui num. 1. & seqq. ait, † quod etiam extrinseca solemnitas enunciata in vnuione Episcopi præsumitur tune interuenisse.

Nec obstat dicere, † quod vnones sunt o. 39 diosæ, adnotata per Puteum lib. 2. decis. 209. nu. 5. Caualcan. decis. 4. n. 8. par. 2. Gambara lib. 5. de potestate legati in vniendo, nu. 28. Rota Romana lib. 3. par. 3. ciuersarum sacri Palatij, decis. 557. nu. 3. hoc enim defieit in vnonibus Seminariorum, † quia vno facta pro futuro Seminario, censemur facta ad piam, & fauorabilem causam; vt est dict. proximè citata Cæsar de Graisis num. 3. Hieronym. Gonçalez super dcta regi. 8. Cancellaria de mensibus, & alternatiua, §. 7. glo. 5. n. 103. & maxime pro Seminario iam erecto; cum Seminaria † sint introducta pro bona, & exemplari eductione, & eruditione adolescentium, qui in eis recipiuntur, & pro bono publico Diœcetum, & Ecclesiastum seruitio, & augmento ciuiini cultus, vt multum clare probat idem Concilium dict. c. vlt. seff. 23. Fr. Petrus de Bollo in œconomia canonica, 3. class. §. 8. pag. mibi 530. Thomas Zerola in praxi Episcopali, verbo Seminarium, Paul. Fuscus tract. de visitatione, lib. 1. cap. 26. num. 3. 6. & seqq. maximè num. 13. Petr. Gregor. tract. de benef. Eccles. cap. 20. n. 14. in fin. [Vnde Plato cum virtutis esset adeo studiosas rectam semper educationem, & institutionem commendat, quoniam ea mordos animi emendat, preboliisque reddat homines, vt ex libris de legibus, ac de Republica constat, Foxius in clement. ad cunctem, in 4. p. T. mai.] Nec obstat dicere, & allegare, quod Domini

O

nus

nus Episcopus D. Gomezius Zapata , cum beneficia unita in mensibus ordinarij vacarent aliqua contulit consanguineis, & familiaribus suis, quasi ex eo si vacarent in mente Apostolico , non erat locus unioni, ut per Hieron. Gonçal. d. 9.7. glof. 5. n. 75. quia non est probatum aliquo modo , nec adeat super eo plus quam allegatio dicti Dionysii de Roxas, quod nihil efficit , † nam non sufficit allegare nisi probetur, text. clarus cum glof. verbo tenues, in cap. 1. de reb. Eccl. non alien. lo. Bapt. Ferret. conf. 248. n. 10. vol. 2. Rota Romana Sacri Palatij, tom. 2. lib. 3. par. 3. decif. 254. nu. 7. Io. Cæphal. conf. 114. n. 5. tom. 1. Cellus Hugo confil. 30. num. 5. vnde Cicero lib. 3. oratione 8. in Caium Verrem, dixit: Nihil cuiquam probari velim me dicente, quod non ante mibi metipsi probatum sit.

Nec obilitabit dicere, quod unio non erat sortita effectum eo, quod non fuit capta , aut apprehensio possestio dicti prætimoniij, nec Procurator habuerit mandatum, nam contrarium constat ex actis apprehensionis possestionis, & ex fide mandati, quod habuit Alphonsus de Acebron à Rectore, & Collegijs dicti Seminarij sub data 28. Februarij anni 1594. per Didacum del Canton Notarium Apostolicum, † & vbi adeat instrumentū, adeat etiam probatio probata, Marc. Anton. Eugen. conf. 51. n. 1. conf. 72. num. 34. vol. 1. Bald. in l. quotiens, in fin. C. de solution. Alciat. de præsumption. regul. 3. præsumpt. 13. num. 8. Tiraq. de retractu lignag. 9. 2. glof. 1. nu. 2. Ioan. Cæphal. conf. 4. num. 22. vol. 1. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. casu 105. nu. 41. quæ non indiget disceptatione fori, ut dicit Bald. in l. Imperator, col. 2. ff. de statu bonum, Nicol. Bellon. conf. 70. n. 16. Ioan. Bapt. Ferret. conf. 266. nu. 6. Marc. Ant. Eugen. vbi proxime, nu. 35. Ioan. Cæphal. conf. 238. num. 2. conf. 289. num. 10. Ayin. Crauet. conf. 11. num. 7.

44 Et ita prædicta † unio fuit effectum, sortita per executionem, & notificationē, maxime sequuta possestione, ut per Boer. decif. 346. n. 2. Hojeda de benef. incompat. c. 3. n. 19. & sufficiebat non testis per Seminarium non apprehendisse possestionem ob impedimenta intrusorum, † nam quādo aduersarius impedit ne quis possestionem apprehendat in eius odium lex fingit apprehensionem, & facit prohibitum possestorem intrusum, l. cum unus in fin. cum l. seq. ff. de bonis auctor. tate Iudicis possidens, cap. contigit de dolo, vbi Doctores ita consuluit, Ruin. conf. 161. præmittendum col. 3. n. 16. lib. 1. Gaspar. Caballin. milleloqu. 908. † quia iuris est regula, quod per me non itat non est mihi imputandum, l. iure ciuilis, ff. de regul. sur. quemadmodum † lex facit eum liberum , cui Dominus libertatem debitam denegauit iniuste, l. cum vero, †. apparet, & l. si quis rogatus, ff. de sive commiss. libert. l. cum inter. C. eod. tit. l. cum Syll. in anum, C. de his quibus, ut in dignis, l. fin. ff. ad Orfici. n. l. fin. C. de liberali causa, Doctores in §. 1. instit. de ingenio.

45 Cum quo cessat dicere, † quod dicta unio fuit derogata per regulas Cancelleriarie Gregor. XIV. & Innocentij IX. quæ sunt regulæ 12. in ordine, quatenus videntur derogare unionibus, quæ tūc

temporis non erat effectum sortitæ, quia multipliciter, multisquæ modis satisfit, primo quia ista unio tunc iam erat sortita suum effectum , & sic quo ad illam deficit præsuppositum, † & præsupposito sublatu argumentum non subsistit, glotl. verbo aduocandum, in l. mancipia, C. de seru. fugit. Alex. in rubr. col. 7. ff. solut. matrim. Dec. conf. 233. n. 7. conf. 317. n. 2. Felin. in cap. nonnulli, n. 104. de rescript. Roman. in singul. 490. incip. statutum pumens, lo. Cæphal. conf. 90. n. 51. tom. 1.

Vterius, quia ista unio est perpetua, reuocatoriæ autem unionum, quæ fiunt per Pontificem ad temporales, † non ad perpetuas extenduntur, ut post Ancharr. conf. 404. incip. tria dubia, & in regula accessoriū, de regul. iur. in sexto, tradit Gabar. d. lib. 5. tit. de potestate legati in uniendo, num. 160. & quia unio hæc facta extitit auctoritate dicti lacrotancti Concilij Tridentini , cui summi Pontifices visum non est derogare , nec derogari velle; † non enim est Papæ intentio velle derogare Concilio prædicto tot laboribus, & vigilijs celebrato, ut ex cap. Ecclesia de electione , & l. si quando, C. de inoff. testam. tradit Rebuff. resp. 159. ver. 12. qui in terminis unionis hoc ponderat, & confirmat ea ratio, † quod conciliaris constitutio habet in se clausulam derogatoriam, secundum Archidiac. in cap. 1. in ver. noscatur, de constitut. in sexto, Gambar. lib. 10. de potestati Legati de latere, nu. 397. † & sibi non derogatur, ita facile sicut constitutioni Papæ, Dec. in cap. 1. n. 8. de iudicis, & in cap. prudentiam, nu. 18. de offic. delegat. dicens, quod contra constitutionem Concilij non sufficit clausula, non obstantibus, vnde Cæsar de Graffis decy. 9. alias 3. de rescript. ait, quod in Concilio requiritur derogatio specialis, quāvis eius series, & dispositio fuisse narrata, Ripa post Archidiac. & alios, in cap. 1. n. 8. de iudicis, Hieron. Gonçalez super regul. 8. Cancellar. de mensium altern. glof. 6. num. 120. glof. 15. num. 36. glof. 18. numer. 103.

Et in proprijs terminis, † quod regula 12. Cancelleriarie reuocatoria unice non procedat, nec locum habeat in unionibus factis Seminarij, nec alijs factis auctoritate dicti Concilij Tridentini, resolutum Flamin. Parit. lib. 2. de resignat. benefic. q. 9. num. 18. & seq. Hieronym. Gonçalez super regul. 8. §. 7. glof. 5. num. 46. & seq. † dicens, quod saluantur, & excipiuntur uniones, quæ fiunt pro fundatione, dotatione, augmentatione, vel conseruatione Collegiorum, & piorum locorum, aut religiosorum ad Fidei Catholicae defensionem, & propagationem, bonarumque artium cultum, ut ipsa regula excipit, & concernant notata in cap. ex parte de constitutionibus, cap. fin. de rescript. lib. 6. Roman. in repet. authent. similiter, C. ad legem Falcidiam, quibus constat unionem factam in augmentatione cultus diuini, non comprehendendi sub regulis reuocationis unionum, Rota Romana Sacri Palatij, lib. 3. par. 3. decif. 1143. incip. an per regulam, dicens ita fuisse resolutum in una Conchienii prætimoniij unionis de Baraxas, ut per Mohedan. decif. 7. num. 3. de privileg. † eo quod in generali sermone non comprehenditur factum ad

- ad piam causam, ex Innoc. & Ant. de Butr. in cap. relatum lo 1. de testam. Felin. in cap. Ecclesia S. Mariae, col. 3. de constit. Achilles de Graffis decis. 388. alias unica, super regula Cancellariae, de reuocat. 57 vniuersit. Et ratio est, quia in generali sermone non venit causa privilegiata, nec pia, de primo tradit lal. in l. 1. ff. solut. matrim. Bald. Nouell. in tract. de dote, par. 6. speciali 2. Achilles de Graffis, ubi proxime num. 4. de lecun. No tradit Innocet. in cap. relatum lo 1. de testam. Felin. in cap. Ecclesia S. Mariae de constitut. text. in l. libertis quos, §. possib. mis, ff. de aliment. & cibar. legat. quem ita intelligit Roman. in dict. auth. similiter speciali 4. circa ultimas voluntates, Socin. regula 310. Tiraquell. de priuil. piae cause, priuil. 19. & de vtroque Moshedan. d. decis. 7. n. 2. & 3.
- 58 Nec obstat dicere, t quod dictum Seminarii perdidit possessionem ob non perceptionem fructum ratione illius per decem annos, ad notata per Alex. cons. 6. n. 14. lib. 3. cons. 33. r. 4. lib. 6. Pet. Ricciardus in princ. de bonor. possib. n. 44. Menoc. de recip. possib. remed. 15. num. 426. quia id in casu isto non procedit, quia semper suam possessionem defendit aduersus D. Franciscum Velarde de Pareja, & Licentiatum Roxas eorum intrusioni resistendo; t possessio autem non dicitur amissa si non probatur scientia, & patientia, vt in terminis decidit Rota per Puteum lib. 1. decis. 360. nu. 10. Cassador. decis. 7. de causa possession. n. 3. Marc Anton. Eugen. cons. 97. n. 73. seq. vol. 1. [Capitul. 60 Super pragmat. 1. de Baronibus, n. 4.] t qui autem contradicit patientiam non præstat, l. 2. §. vlt. 1. & si forte, §. sciendum, l. sicuti, §. Arito, vbi gloss. ff. si seruitus vindicetur, Crauet. cons. 292. col. 1. 61 Menoch. de retin. possib. remed. 3. num. 106. t nec perdidit ius suum, quod sine facto proprio non amittitur, l. 1. id quod nostrum, cum similibus, ff. de reg. iur. Hieronym. Goncalez super regul. 8. Cann. cellar. glo. 56. n. 116. t & quamvis aliqua interuenientia negligentia, non ob id Seminarium amittere debebat ius suum, iuxta tradita per Bart. in l. solet, §. non verò, col. 2. vers. & quod conuentio, ff. de offic. Proconsul. Io. Caphal. cons. 29. n. 24. tom. 1. 63 cons. 176. nu. 5. to. n. 2. t maxime existente negligentia ex parte administratorum, quæ Seminario nocere nequit, cui vniione prædicta t in ediente plenum ius erat acquisitum, cap. non debet aliquis de reg. iur. lib. 6. lo. Bapt. Ferret. cons. 248. num. 25. tom. 2.
- 65 Quia regulate est, t quod vnius negligentia alteri non noceat, probat l. rem bæredit. sriam in fin. ff. de euiction. Menoch. lib. 2. de arbitri. iudic. causa 182. nu. 49. dicens, quod iuri naturali refragatur, vt vnius laedatur ex facto alterius, l. 1. C. vt nullus ex vicar. lib. 11. authent. vt nulli iudicium, §. quoniam; maxime quia vt resolut Menoch. d. reg. 66 med. 15. de recuper. possib. nu. 427. t possessio non amittitur decennio, quando ratione, & priuilegio personarum maiestatis requiritur, vt in Ecclesia (vel eius priuilegio gaudente, vt est causa pia Seminarii) quo calu tempus 40. annorum requiritur, cap. de quarta de prescript. authet. quas actiones, C. de sacro. Eccles. halb. de prescript. q. 24.
- vers. sed quo ad Ecclesiam, & ante ipsum Castrense. conf. 105. incip. in question. ad finem, lib. 1. Beroi. cons. 44. nu. 8. lib. 3. Capella Tholosana decis. 488. Ruin. cons. 45. vol. 4. lo. Gutierrez tom. 1. canonic. quest. cap. 34. n. 73.
- Quare licet lex naturaliter, §. nil commune, ff. de acquir. possib. dicat nihil habere commune proprietatem, cu possessione tamen supposito, quod dictus Dionysius Roxas super uno, & alio impugnat t Seminarii competent ei contra dictum intrusum remedia, tam proprietatis, quam possessionis, glo. in l. si de vi, & in dict. §. nihil commune, ff. de acquir. possib. & in l. ordinarij, C. de rei vocatione, de quo est pulchrum consilium Paul. de Castr. cons. 78. incip. videtur dicendum, vers. his tamen non obstantibus, lib. 2. t & ideo non prohibentur cumulari remedia petitorij, & possessori, vt idem Paul. de Castr. ait cons. 234. incip. in causa appellat. vers. sed su. linendo causam, lib. 2. & ista est communis opinio, vt per Fabium à Corabonio, & Hermanotium Rotæ auditores ad dict. §. nihil commune in lectura ad primam Bart. combinationem.
- Ex quibus omnibus resolu dictum Seminarii habere notorium ius in proprietate vniuersitati præstimonij, & etiam respectu possessio- nis, in qua debet manuteneri, & respectu vtriusque scilicet possessionis, & proprietatis carere iustitia dictum Dionysium de Roxas, & debere compelli ad restitutionem fructuum indebet perceptorum sub centura.

SUMMARIUM.

- 1 Inuestitura prima est inspicienda.
- 2 Receder dum non est à forma inuestiture.
- 3 Origo, & initium concessionum spectantur.
- 4 Successionis formaliter varietur non præjudicat inuestiture.
- 5 Inuitatus ad maioratus, & fideicommissi successionem nullus est, nisi qui reperitur vocatus.
- 6 Inclusio viuis est alterius exclusio.
- 7 Iusfructus reservatione transfertur possib. 8
- 8 Iusfructus rei donatæ re/cruatio arguit esse donatione & inter vivos.
- 9 In maioratus institutio, omnes descendentes comprehenduntur, & ex proprijs vocationibus succidunt.
- 10 Vocatus quilibet habet ius separatum ab alio in successione maioratus.
- 11 Clavisula constituti, inducit translationem possessionis.
- 12 Acceptatio primi vocati sufficit respectu omnium ad radicandum ius, & num. 13.
- 14 Proxima causa spectatur.
- 15 Acceptatio primi donatarij efficit irreuocabilem donationem quo ad ornes.
- 16 Dispositio legis, vel hominis vocans primogenitum ad maioratum, videtur deficiente primo vocare secundogenitum.
- 17 Primogenitus dicitur habens hanc qualitatem tempore, quo cedit dies fideicommissi.
- 18 Primus dicitur, quem nemo precedit.

- 19 Clericus de iure communi non succedit in feudis ex natura illorum speciali, & rum. 20.
- 21 Feudales decisiones non probant in causis, quae sunt decidenda per ius commune.
- 22 Feuda in pluribus differunt à maioratibus, quam concordant.
- 23 Seruitum si honeste potest à Clerico præstari, valeret succedere in feudo.
- 24 Clericus ratione feudi præstat laico iuramentum fidelitatis.
- 25 Proprius quiori consanguineo vocato ad primogenituram succedet propinquior quamvis sit Clericus.
- 26 Clerici non perdunt iura successionis.
- 27 Sacerdos non amittit naturalia iura.
- 28 Clerici in Regnis Castellæ succedunt in maioratibus, etiam habentibus annexam iurisdictionem, aut dignitatem.
- 29 Episcopus potest esse Comes, ratione patrimoni.
- 30 Majoratus si fuit à foemina institutus, non censetur voluisse excludere foeminas.
- 31 Scriptura una declaratur per aliam.
- 32 Primo nominati censentur magis dilecti.
- 33 Prior descriptio prærogatiua inducit.
- 34 Descendentes primo vocatorum descere debent prius quam alijs admittantur.
- 35 Ordo dispositionis attenditur ad preferendum primo vocatos.
- 36 Magis dilectus, & eius descendentes censentur vocati, & veniunt præferendi.
- 37 Dispositio interpretanda est, quod minus dilectus non præferatur magis dilecto, quamvis verba implicantur.
- 38 Duo ubi copulatiue requirit dispositio, debet utrumque concurrere.
- 39 Lex 12. tabularum, & ius prætorium admiserunt representationem nepotum in locum patrum, ubi tractabatur de auorum successione.
- 40 Repræsentatio non dabatur nisi nepotibus ex fratre ad successionem patruorum.
- 41 Patru in successione filii fratrum succedunt in stirpes, & non in capita.
- 42 Ius repræsentationis competit ex priuilegio in corpore iuris clauso.
- 43 Repræsentatio non progreditur ultra fratres, & eorum filios.
- 44 Casus unius inclusio, alterius est exclusio.
- 45 Contrarius legis sensus prolege accipitur.
- 46 Argumentum à contrario sensu venit ex mente legis, & est eiusdem virtutis.
- 47 Successio descendantium ascendentibus est de iure nature, & parentum voto conformis.
- 48 Successio ascendantium descendebit ibus, aut collateralium inter se sunt exorbitantes.
- 49 Priuilegium sufficit, quod in alio quo operetur.
- 50 Amici amori consuli sufficit, vel in paucis.
- 51 Repræsentationis priuilegium ex quadam amicitia, aut benevolentia conceditur.
- 52 Repræsentatio tunc habet locum, quando succeditur auctor, vel patruo.
- 53 Pares gradu regulariter succedunt equaliter, & proximior remotiorem excludit.
- 54 Repræsentatio an habeat locum in feudis interdescendentes.
- 55 Quid in successionibus fidei:commissa, y.s.
- 56 Successio in fidei commissis regulatur secundum successionem ab intestato.
- 57 Repræsentatio in primogenitura non habet locum ultra primum locum transversalium, sed proximior præfertur, & num. 58.
- 59 Fidei commissso reliquo à pro patruo, vel alio simili transversali, non datur repræsentatio, & nu. 60.
- 61 Lex 40. Tauri an induxerit repræsentationē ultra filios fratrum.
- 62 Lex 40. Tauri intelligitur, & loquitur de descendentibus institutoris maioratus, qui sint transversales ultimo possessori.
- 63 Legem non possumus extendere ultra suū casum.
- 64 Lex quantumcunque generalis, à iure communi recipit declarationem.
- 65 Lex noua generaliter loquens distinguitur per veteres.
- 66 Interpretatio illa sumenda est per quam vitetur legum correctio.
- 67 Correctio legis nō inducitur per dubium intellectum.
- 68 Legem superfluam magis, quam correctior. am debemus dicere.
- 69 Lex noua interpretanda est, ita quod minus laedit ius commune.
- 70 Correctio non est admittenda, ubi expressè nō apparet facta à lege noua.
- 71 Lex, quod non dicit, nec nos debemus dicere.
- 72 Ius nouum non censetur plura iura antiqua corrigere.
- 73 Proxiiores, tanquam magis dilecti, censentur vocati.
- 74 Repræsentatio continet fictionem, & priuilegium.
- 75 Priuilegium est stricti iuris, nec habet locum nisi in casibus expressis.
- 76 Priuilegium interpretatur, ut minus laedit ius commune.
- 77 Fictio non debet induci ultra casus à lege expressos.
- 78 Fictio extensionem non admittit.
- 79 Fictio cessat deficiente equitate propter quam fictiones sunt introductæ.
- 80 Institutionis verbæ sunt veræ, & non per fictionem intelligenda.
- 81 Repræsentationem allegans fictionem allegare viaetur.
- 82 Repræsentationem allegans fatetur veritatem in contrarium.
- 83 Veritas debet præferri fictioni.
- 84 Figmentum veritati impedimentum nō præstat.
- 85 Veritas vincit omnia.
- 86 Veritatem debet sequi Iudex.
- 87 Fictio in alterius præiudicium non extendenda.
- 88 Repræsentatio non habet locum ultra casus à iure expressos.
- 89 Propinquiori vocato repræsentatio cessat.
- 90 Proxiioris vocatio idem est, quod dicere, quod filius non subintrat locum patris.
- 91 Gradus prærogatiua, ubi attenditur filius patris personam non repræsentat.
- 92 Proxiioris vocatio repræsentationem excludit.
- 93 Repræsentatio non habet locum, ubi agitur de divisione hominis.

- 94 Maioris vocatio representationem excludit.
 95 Maior dicitur, qui natu, & aetate est maior.
 96 Maiori vocato venit primogenitus, & cessat representatione.
 97 Vtus, & consuetudo vulgaris intelligendi praevallet proprietati verborum.
 98 Primogenitus interpretatur pro maiori.
 99 Successiones omnes relationem habent ad tempus mortis illius, cui est succedendum.
 100 Representatione non datur in primogenitura respectu transversalium.
 101 Superstis, & superuientis vocatio representationem excludit.
 102 Representari non possunt transversales, qui defecerunt antequam dies fideicommissi cederet.
 103 Verba, cui non conueniunt, nec dispositio conuenit.
 104 Verba non debent esse otiosa, & sine effectu operandi.
 105 Iure sanguinis, que dicantur deferri.
 106 Majoratus iure sanguinis defertur.
 107 Majoratus non transmittitur.
 108 Nepos non assumit locum patris in feudo, quod non defertur hereditario iure, sed ex concessione dominica.
 109 Leges Tauri factae fuerunt potius ad declarationem, quam correctionem iuris communis.
 110 Voluntas, & dispositio testatoris attenduntur ad representationis exclusionem.
 111 Prouiso hominis facit cessare prouisionem legis.
 112 Representatione cessat, tanex dispositione expressa, quam ex tacita, & num. 113.
 114 Coniecturis legitimis, quod apparet dicitur expressè apparere.
 115 Manifestū dicitur, quod apparet ex coniecturis.
 116 Expressum est, quod ex verbis, & mente disponentis colligitur.
 117 Verba propter voluntatem, & mentem non è contrario natura concessit.
 118 Lege 40. Tauri stante abhuc representatione coniecturis excluditur.
 119 Ambiguitas, ubi non est in verbis, cessat voluntatis quaestio.
 120 Disponens, ubi digreditur per plures gradus substitutionum forma assignata, seruanda est in qualibet gradu.
 121 Paria sunt aliquem exclusum, vel non vocatum.
 122 Præteritus dicitur, qui non est institutus, non nominatus, vel exhaeredatus.
 123 Institutor non videtur voluisse, quod succedent, quos non vocauit.
 124 Dicere non sufficit testatorem voluisse, si non dispossuit.
 125 Voluntas in mente retenta non consideratur.
 126 Dispositio particularis non egreditur personas nominatas.
 127 Nominatio tribuit precedentiam nominatis in successione.
 128 Affectione testatoris cognoscitur ex ordine institutionis, & substitutionis.
 129 Persona à majoratu exclusa non potest representari.
 130 Descendente aliquo existente linea prædicta,
- Tom. I.
- cessat aliorum successio.
 131 Coniuncti nobis ex latere non sunt ex nostra linea.
 132 Praelatio linea, & descendit alicuius, in infinitum protenditur.
 133 Nominatio, ubi adegit cessat personarum extensio.
 134 Declaratio melior institutionis est, quæ sumitur ex alia scriptura institutoris.
 135 Indefinita equipollit uniuersali.
 136 Prima institutio, quamvis mutari non possit, potest declarari.
 137 Declaratione nihil noui fit.
 138 Declaratio retrotrahitur ad tempus actus declarati.
 139 Testator, ubi se declarauit Iudex debet aliis interpretationes respovere.
 140 Declaratio voluntatis potest fieri etiam ex dispositione inualida.
 141 Finis à quo remouetur, remouentur ea, per quæ peruenitur ad finem.
 142 Finis natura apunt omnia, quæ tendunt ad finem.
 143 Vocatio expressa facit cessare tacitam.
 144 Expressum remouet presumptionem taciti.
 145 Affectione disponentis est magni momenti in declaratione dispositionis.
 146 Causato non inest maior virtus, quam procedat à potentia causæ inservientis.
 147 Transmittere non potest, quis quod non habuit.
 148 Primogenitura qualitas non potest esse sine subiecto.
 149 Primo genito mortuo in vita possessoris, extinguitur primogeniture qualitas.
 150 Testator si vocavit eius consanguineum propinquorem, attenditur proximitas eius respectu, & non ultimi possessoris.
 151 Voluntas presumitur uniformis, nisi contraria probetur.
 152 Affectione naturalis maior est erga proximiores, quam erga remotiores.
 153 Verba relativa futuri temporis conditionem inducunt.
 154 Fideicommissum relictum cognatis comprehendit illos, qui erant cognati tempore mortis.
 155 Demonstrari non potest, quod non est inesse productum.
 156 Qualitate deficiente cessat iuris dispositio.
 157 Conditione adiecta incertæ personæ ex futuro eventu certificandæ, stat in vim conditionis, & demonstrationis.
 158 Intellectus l. filiae, & Titia vxor mea, &c. de conditionibus, & demonstrationibus.
 159 Verbum Hispanum, que se hallare, refertur ad eum, qui tempore mortis reperitur proximior.
 160 Filius maior natu, qui pro tempore extiterit, si vocetur non venit nepos ex filio maiori prædefuncto.
 161 Qualitas ad succedendum requisita adesse debet tempore, quo successio defertur.
 162 Superstitio vocatio excludit representationem.
 163 Transmissibile de sui natura, non transmittitur ex mente testatoris.
 164 Iuramentum sub aliqua conditione, illa semel defecta non transmittitur.

- 165 Intellectus l. generali, §. filios ex Seio, ff. de usu fructu legato circa vocationem superstis, & superiuientis.
- 166 Maioratus successio, quam quis sperat post mortem alterius non transmittitur, si viuo possessore decedat.
- 167 Proximior debet remotiorem excludere, & ibi intellectus l. si liberto preterito, §. 1. ff. de bonis libertorum.
- 168 Patroni successio in bonis liberti est hereditario iure.
- 169 Representationem sublatam ex proximioris consanguinei vocatione plures resoluunt.
- 170 Iustiniani Constitutiones tractantes de representatione, qualiter intelligentur.
- 171 Causa ubi est dubia in facto, aut iure, absoluendus est professor maioratus.
- 172 Iura, ubi sunt dubia est pronuntiandum pro reo.
- 173 Fauorabiliora iura sunt in absoluendo, quam in condemnando.

ARGUMENTVM.

Maioratus ex quibus efficitur irreuocabilis, & an præferatur in illo Clericus proximior, & de representationis exclusione, ac declaracione dispositionis, & possessoris fauore.

CONSILIVM XXIII.

Nlite, quæ vertitur inter Rodericum del Castillo Beneficiatum Parochialis Ecclesiae sanctæ Mariæ de Lara ciuitatis de Huete, & Archipresbyterum in ipsa, & D. Ioannem Amoraga, & Licentiatum Gonzalum de la Torre; super maioratu, & vinculo instituto per Lupum de Santaren Clericu dictæ Ciuitatis, in fauorem dicti Roderici in facto, & iure, ponderantur sequentia.

Primo, quod dictus Lupus de Santarem fecit tres dispositiones super dicto patronatu, seu maioratu, quarum prima fuit 5. die mensis Iuny anni 1568. in quadam scriptura donationis factæ in fauorem Aluari del Castillo eius nepotis, per ipsum acceptata, & clausula, quæ de eo loquuntur Hispano sermone, sunt tenoris sequentis: Otrosi con condicion, que puesto, que desde luego haze, y ordena este vinculo, y memoria, quiere, y manda, y es su voluntad, que nos suceda en él el dicho Aluaro del Castillo, hasta despues de sus dias, por manera, que despues de los dias del dicho Lope de Santaren suceda en el dicho vinculo, y memoria, è bienes el dicho Aluaro del Castillo, por manera, que luego como muera el dicho Lope de Santaren, el dicho Aluaro del Castillo por su propia autoridad se pueda entrar, y tomar los dichos bienes. È à mayor abundamiento, referuando, como en si reseruò, el usufruto de los dichos bienes, desde luego los dà, y entrega, y constituye por bienes de mayorazgo, y dà poder para que pueda tomar, y apprehender la possession dellos, y enseñal della le entrega esta escritura; y entre tanto, que ei dicho Aluaro del Castillo tomaré, è apprehendiere la possession de los

VELAZQUEZ.

dichos bienes, confiesa, que los tiene, y posee en su nombre, para se los dexar despues de sus dias, como dicho es. Huiusmodi donatio, prout appetat in processu fuit acceptata, vt dictum est, cui clausula subsequitur alia tenoris sequentis. Otrosi con condicion, que si el dicho Aluaro del Castillo no tuviere hijos, q̄ pueda nombrar sucessor al dicho mayorazgo; con que el que nombrare sea de los hijos, y descendientes de Iuan del Castillo difunto su hermano, y si muriere sin nombrar suceda en el dicho mayorazgo el hijo, y descendiente mayor del dicho Iuan del Castillo difunto, y de alli adelante el hijo mayor varon, y en su defecto hija, como dicho es. Y si algun tenedor despues del dicho Aluaro del Castillo muriere sin dexar hijo, o hija legitima, suceda en el dicho mayorazgo el pariente mas propinquo del dicho Lope de Santaren, que se hallare; con tanto, que sean descendientes del dicho Rodrigo del Castillo su padre.

Et poste die 8. Martij anni 1569. dictus Lupus de Santaren fecit aliam donationem eorundem bonorum eidem Aluaro del Castillo nepoti suo, reseruato etiam sibi usufructu eorundem vita sua naturali durante, in qua donatione est apposita quædam clausula, etiam Hispano sermone huiusmodi sub tenore: Otrosi con condicion, q̄ despues de mis dias suceda en el dicho vinculo, y mayorazgo, y bienes del de sus declarados, el dicho Aluaro del Castillo mi sobrino, y despues de sus dias suceda en el su hijo mayor si lo tuviere, y si no, que sea hija, nacidos, y procreados de legitimo matrimonio, è assi vaya, è suceda el dicho mayorazgo por sus descendientes mayores legitimos para siempre jamas, por manera, que siempre lo aya, y berede uno solo, y que este sea el hijo mayor varon, è no lo auiendo sea hija, y siempre prefiera el varon a la hembra, y el mayor al menor. E que si el dicho Aluaro del Castillo no tuviere hijos legitimos, que suceda en el dicho mayorazgo, è vinculo, è bienes del, el pariente mio mas propinquo, que sea descendiente del dicho señor Rodrigo del Castillo mi padre, y despues de sus dias del tal pariente su hijo, o hija mayor. E assi por esta orden vayan sucediendo de uno en otro, è si en algun tiempo faltaren hijos del sucesor, que suceda en el mayorazgo, y vinculo de sus declarados, el pariente mas propinquo de mi el dicho Lope de Santaren, con que sea descendiente del dicho Rodrigo del Castillo mi señor, que aya gloria, è su hijo, o hija despues del. E assi por esta orden suceda, como de sus se contiene, y que el sucesor sea legitimo, y toda via prefiriendo el varon a la hembra, y el mayor al menor. Quæ scriptura fuit etiam acceptata per dictum Aluarum, vt ex ipsamet apparet.

Vlterius 12. Ianuarij anni 1578. fecit testamētum, sub cuius dispositione decessit, in quo adegit clausula tenoris sequentis.

Iem digo, y declaro, que por quanto yo tengo hecha una escritura de patronado, y mayorazgo, en fauor de Aluaro del Castillo mi sobrino, Regidor perpetuo de la Ciudad, para él, y á sus hijos, y descendientes, y no para otra persona alguna, ss mi voluntad, q̄ si él no tuviere hijos, ni descendientes, venga, è suceda el dicho mayorazgo, en hijo, o heredero de Iuan del Castillo mi hermano, y no en otra persona alguna, y si

Si no ouiere descendentes del dicho Iuan del Castillo, suceda en el dicho mayorazgo el Cabildo de los señores Curas, y Beneficiados de la Ciudad.

Item pra supponitur, quod virtute clausularū maioratus supra relatarum dictus Aluarus del Castillo cum filios non haberet, qui sibi succedere posse, nominauit ad successionem dicti patronatus, seu maioratus D. Ioannam del Castillo filiam Eluiræ Ortiz del Castillo neptē dicti Ioannis del Castillo, quæ possedit dictum maioratum quiete, & pacifice per tempus sexenni, per cuius mortem dictus Rodericus del Castillo coram Praetore Ciuitatis prædictæ petiit possessionem dicti maioratus, & tuit decretum sibi dari absque præiudicio tertij die 29. Iulij 1591. & possessionem accepit, in qua stetit pacifice per tempus annorum decem, vel plus, ad præiens dicti D. Ioannes Amoraga, & Licentiatus de la Torre prætendunt ex eo, quod dictus Rodericus est Clericus non posse obtinere dictum maioratum, eoque debere succedere, tanquam descendentes Bachallurei Castillo filij quondam Roderici del Castillo senioris; & quia iustitia carent, vt dictus postessor absoluatur sequentia sunt aduertenda.

Primo, quod huiusmodi maioratus virtute instrumenti donationis factæ 5. Junij 1568. remansit irreuocabilis in fauorem dicti Aluari, & aliorū vocatorum, quæ scriptura tanquam originalis considerari debet.

Nam prima inuestitura, vt radix, & fundamentum omnium sequentium est inspicienda, argum. l. qui id quod, ff. de donationibus, cap. 1. vbi Bald. de duobus fratribus à capitaneo inuest. & notatur in cap. 1. de feudo Marchie, Io. Sonsbechius in commentar. feudor. par. 10. num. 145. Cæphal. conf. 3. n. 1. & conf. 12. eod. num. & conf. 30. nu. 23. & conf. 150. n. 4. lib. 1. Roland. a Valle conf. 55. n. 32. lib. 3. Ludou. Morot. resp. 29. n. 3. text. in cap. si cui, ibi: *Tenorem inuestituræ sequendum, de extraordinarijs capitulis Conradi, quos ad hoc expendit Bald. in l. quoties, C. de suis, & legitimis heredibus, & in cap. 1. §. denique, n. 2. quæ fuit prima causa beneficium amittendi, vbi ait debere & præcise attēdi formam inuestituræ, à qua nullo modo est recedendum, vt tradunt Curt. senior conf. 50. n. 5. Sigismund. inter confil. feudal. conf. 1. nu. 21. Tiraq. in l. si unquam verbo libertis, num. 9. & seqq. C. de reuoc. donat. & ex nostris Peralta in rubric. ff. de heredib. instit. nu. 108. Molin. de primogen. cap. 2. lib. 1. nu. vlt. & sicut videmus in priuilegio, & omni alia dispositione originem, seu initium concessionis, & inuestituræ spectandum esse, cap. porro, & cap. præcipimus de priuilegijs, Iaf. in l. si quis stipulatus sit fitichum 112. num. 4. ff. de verbor. obligation. probat text. in l. creditoris, ff. de pignor. actio, ibi: *Si originem rei probare potest, Bald. quem sequitur Matth. de Afflict. decif. 195. n. 5. Rolad. a Valle conf. 32. n. 10. & 31. lib. 3. & conf. 79. num. 10. eodem libro.**

In tantumque hoc est verum, & quod si forte varietur successionis forma contra tenorem inuestituræ, ei contraria antiquissima consuetudo non sufficit, vt affirmat Bald. conf. 82. incip. ponit-

tur, quod inuestitura, lib. 1. & in cap. 1. §. fin. vers. quero quis dicatur, Castaldus de feudo Guardiae, Decius in conf. 193. incip. pro tenui facultate mea, num. 4.

Ex quo & eleganter Barthol. Socin. conf. 64. & 104. vol. 3. in simili successione fideicommissi, seu maioratæ arbitratur, vt in primis is dicatur intuitus ad successionem, qui ex tenore inuestiturae apparebit vocatus; nam alias iuste opponitur de te non loquitur substitutio, vt inquit Io. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de testament. §. 1. sequuntur Socin. conf. 62. viso cap. num. 4. vers. & in primis, lib. 3. quem sequitur Crauet. conf. 161. incip. verba, n. 16. lib. 1. Io. de Neuiz. conf. 31. incip. anceps, n. 21. Ant. Rubeus conf. 28. n. 1. Syluan. conf. 15. n. 44. & seqq. Burgos de Paz conf. 29. num. 46. & conf. 34. n. 14. & 21. & cum in prima scriptura donationis reperiantur vocati dictus Aluarus, & eius descendentes, & in defectum illorum descendentes Ioannis del Castillo aui dicti Roderici, reliqui aliarum linearum sunt exclusi, nec habent ius aliquod, & quia inclusio unius est alterius exclusio, l. cum Prætor, ff. de iudicijs, cap. nonne de presumpt. Roderic. Suarez conf. 10. num. 68. Cæphal. conf. 151. n. 23. & conf. 197. n. 20. tom. 2. Alexand. conf. 75. videtur in præsenti num. 13. lib. 5.

Quia & prima scriptura habet reseruationem vsusfructus bonorum vinculo subiectorum, per quam transfertur possesio, & colligitur animus non reuocandi, l. quisquis, C. de donationibus, l. si quis argentum, §. sed si quidem, eod. tit. Doctores in l. quod meo, ff. & in l. licet, C. de acquir. poss. Molina lib. 4. de Hispan. primogen. cap. 2. num. 9. l. 30. tit. 9. par. 3. Ant. Gomez in l. 45. Tauri, à num. 63. Rol. a Valle conf. 61. n. 42. vol. 2. Burgos de Paz confil. 39. num. 9. [Nouar. in allegat. post prax. de priuile. miserab. perf. pag. 180.] quia est vera inter viuos donatio, & nam reseruatio vsusfructus alicuius rei donatæ pro tempore vitæ donantis, insinuat esse donationem inter viuos, vt tradunt Alex. in l. quæ dotis, vbi Iaf. nu. 40. & seq. ff. solut. matrim. Alex. idem conf. 14. n. 2. lib. 1. Guillelmus Benedictus in cap. Rainuntius de testamentis, verbo testamentum 4. n. 23. vers. idem si donator, Couar. in rubric. de testament. 3. par. n. 25. plures alij relati per Matienço in l. 7. tit. 10. lib. 5. Recopilat. glos. 1. n. 5.

Et cum sint vocati, non solum dictus Aluarus del Castillo, & eius descendentes; sed etiam, qui descenderent à dicto Ioanne del Castillo, quos omnes voluit, & dispoluit dictus institutor esse præferendos, importat idem, ac si vnicuique illorum fecisset donationem, & vocationem specificam, & quia ex maioratus institutione omnes descendentes comprehenduntur, & ex proprijs vocationibus dicuntur succedere, l. vnicia, §. pro secundo, & §. si autem aliquid sub conditione, C. de caduc. toll. l. quamdiu la 3. §. is autem, vbi Bart. & communiter Scribentes, ff. de acquirend. hered. ex quibus iuribus id verum esse profitetur, Alexan. conf. 1. n. 1. & 2. vol. 1. Iaf. conf. 4. 8. lib. 2. Molin. lib. 3. de primogen. cap. 6. num. 39. & lib. 1. cap. 1. n. 17. & vnicuique illorum cauiatur plenum ius diuerlum, & disunctum aliorum, qui ad maioratū sunt

sunt vocati, ut docet singulariter Paul. de Castr. cons. 164. n. 4. lib. 2. Abbas conf. 85. num. 2. lib. 1. & Bart. conf. 59. n. 3. lib. 1. Bald. conf. 215. nu. 1. lib. 2. Christophor. de Cattellion. conf. 10. num. 51. Dec. conf. 498. n. 19. Paris. conf. 72. n. 2. lib. 4. Socin. iun. conf. 108. n. 3. lib. 2. Alciat. reffponso 585. nu. 7. Cæpol. conf. 54. num. 3. Beroius conf. 84. nu. 73. lib. 2. Dec. conf. 369. n. 1. lo. Gutierrez conf. 4. num. 26. [Solorz. de iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. c. 10. n. 26.]

Et ultra, quod ad dictæ donationis reuocabilitatem, & primæ scripturæ sufficiebat illius traditio facta dicto Aluaro del Castillo primo vocato coram tabellione, ut constat ex l. 17. Tauri, vbi Tellus Fernandez num. 65. & 68. idem in l. 22. Tauri, n. 5. Couar. lib. 3. variarum, cap. 26. nu. 12. Olanus in antinomij iuris, verbo donatio, num. 63. Molina dict. lib. 4. cap. 2. n. 12. Mieres in tract. maioratum, par. 1. q. 65. in princ. n. 8. & 9. l. 44. Tauri, vbi Velazquez glos. 14. n. 1. & seqq. cum iuuetur clausula constituti apposita per donatorem, quæ operatur translationem possessionis, l. quod meo, l. si quid ante, l. qui bona, l. rem pignoris, ff. de acquir. possess. Paul. de Castr. cons. 10. incip. si vero, num. 3. vol. 1. Tiraq. de iure constituti, par. 1. nu. 3. & 4. Menoch. de recuper. possess. remed. 14. nu. 25. Roland. à Valle conf. 57. quoniam num. 23. vol. 3. remansit cum magna firmitate propter acceptationem dicti Aluari primi vocati, & cuius acceptatio est etiam valida respectu descendantium dicti Ioannis del Castillo vocatorum post eum; nam sufficit si in persona vnius capiat irreuocabile initium, nam per illum sit irreuocabilis, quo ad omnes, l. si in partem, ff. quemadmodum seruit. amittantur, [Lara de vita hominis, c. 30. nu. 100.] & quando enim vocantur plures successiue sufficit si primo nominatus apprehendat, ut res non dicatur integra, & quia proxima causa spectatur, l. penult. ff. de condic. ob turpem causam, l. si mulier, ff. rer. amot. Roland. à Valle conf. 82. factum presentis num. 14. vol. 3. Marc. Ant. Eugen. cons. 30. n. 18. lib. 1. [Lara vbi supra.]

15 Et ita acceptatio primi donatarij, & sufficit quo ad omnes, & donationem irreuocabilem efficit, ut resoluit Paul. de Castr. in l. in insulam, §. fin. n. 3. ff. solut. matrimon. & in l. si pecuniam in princ. vbi Roman. ff. de condic. causa data. Suarez in l. quoniam in prioribus, in declaratione legis Regn. q. 8. n. 2. & plures, quos refert Molina dict. lib. 4. cap. 2. n. 73. & q. in vers. contrariam, Dec. singulariter conf. 498. n. 18. & seqq. Auend. de exeq. mādat. lib. 2. cap. 1. vers. & dicta acceptatio, pro quibus est text. in l. quoties, C. de donationibus, quæ sub modo, & cum dictus institutor in dicta hac sua institutione grauauerit Aluarum, quod nominaret ad huiusmodi maioratum successorum defientibus eius descendantibus, dummodo foret ex descendantibus Ioannis del Castillo, & ipso decedente nominatione non facta succederet filius, aut descendens maior dicti Ioannis, benè colligitur eius descendantiam alteri cuiuscumque esse prælatam.

Nec obstabit dicere, quod iam hoc adimpleuit dictus Aluarus, ominus dictam D. Ioannam,

nam cum & ipsa decesserit sine descendantibus debet seruari dispositio, quod succedita descendens maior Ioannis del Castillo, ac si facta non fuisse dicta nominatio, & hoc est de verissimili mente institutoris. Pro quo facit in simili, & quod dispositio legis, vel hominis vocans ad maioratum, vel aliam rem primogenitum videtur deficiente primo, vocare secundogenitum, ut est doctrina singularis Bald. per glos. ibi, in l. si quis prioris, §. talem, in vers. sed pone, C. de secund. nupt. tenet idem in auth. hoc amplius, n. 10. G. de fideicommiss. Ripa in rubr. col. 2. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Alex. conf. 4. in princ. vol. 4. Bald. in l. 2. n. 5. C. de iure emphyteot. Ille dicitur (iuquit) primogenitus, qui tempore, quo feudum aperitur, est primus in rerum natura, per text. in §. proximus, institut. de agnat. success. idem Bald. cors. 275. col. vlt. vol. 2. & ac propterea dispositio loquens de primogenito, intelligitur de eo, qui talem qualitatem obtinet, quando dies fideicommissi cedit, Alex. in l. ex facto, §. si quis autem, n. 3. ff. ad Trebellian. Dec. conf. 443. n. 14. Romanus conf. 438. num. 13. Tiraquell. de iure primogen. q. 3. nu. 6. Bellalera decif. 723. n. 6. Menoch. in responso pro Tribultijs, num. 354. Mandel. Albensis cons. 382. n. 7. vol. 2. & pro eius est doctrina text. in cap. licet de voto, vbi appellatione primogeniti venit secundogenitus primogenito deficiente, cap. grandi de supplend. negl. Prælatorum, lib. 6. cap. fin. §. item opponitur 22. q. 2. Molina de primogen. lib. 1. cap. 5. nu. 20. Gregor. Lopez in l. 28. tit. 8. par. 5. glos. 8. verbo sicut se auiene, Rota Romana decif. 128. par. 2. n. 1. ibi secundam Domini pariter affirmatiue resoluunt, quia primogenitus non solum is dicitur, qui vero primo loco genitus est; sed is, qui illum proxime, & immediate, lequitur ex fratribus, etiam si vere secundo, vel ulteriori loco genitus sit, is namq; mortuo primogenito sine liberis iura primogeniturae consequitur; & est ratio, quia ille dicitur primus, quem nemo præcedit, ut in §. disc. publi, in processio digestorum, l. ex duobus, ff. de vulgar. & pupill. substitut. l. proximus, ff. de verbis. signif. l. 2. §. legitima, ff. de suis, & legit. bæredib. cap. Ioseph. de verbis. signif. Bald. in rubr. C. de seru. fugit. Bar. & Doctores in l. qui duos, per text. ibi, ff. de rebus dub. Aret. & allij, in l. qui filiis in princip. & §. 1. ff. de legat. 1. & ita cum dictus Rodericus del Castillo sit consanguineus propinquior descendantia dicti Ioannis del Castillo, & ipsiusmet Lupi de Santarem institutoris illi solummodo maioratus spectat successio.

Secundum & quæ non est in consideratione, quod opponitur illi esse Clericum, & de iure co. muni non posse succedere in feudis, cap. 1. §. qui Clericus, si de feud. defunct. cor. trou. cap. 1. de feudo feminæ in usibus feudorum, l. 6. tit. 26. par. 4. nam hoc & non potest applicari maioratus, de quo agitur; procedit enim ex mera, & speciali feudorum coauetudine, quæ ad maioratus Hispaniarū non potest extendi, ex traditis in simili per Ancharr. conf. 339. num. 22. & probant rubricæ, sub quibus sunt prefata capitula, argum. l. Imperatores, ff. de in d. c. adiunctione; & ita decisiones feudales non

non probant in causis, quæ debent decidi dispositione iuris communis, Curt. iunior tractat. de feud. par. 1. q. 3. Palatios Rubios in repet. rubric. de donat. inter, §. 69. n. 24. & 30. Couarr. lib. 1. varia- rum, cap. 15. nu. 14. Tiraq. de iure primogen. q. 23. n. 12. l. 5. Lecirier tract. de primogen. lib. 3. q. 4. nu. 15. & alijs, Burgos de Paz in proœmio legum Tauri, n. 76.

22 Et si † mediocris adhibeatur diligentia reperientur res plares, in quibus feuda a maioratibus differunt, quam concordat; nam & in modo succedendi differunt, & frater non succedit fratri, nec pater filio, attentis Hispaniarum legibus, l. 7. tit. 26. p. 4. & l. 6. ibidem Burgos de Paz, ubi proxime num. 72. & seq. Pinellus in l. 1. C. de bon s maternis, par. 3. num. 99. imo in ipsilmet feudis, Calderin. conf. 2. incip. † an Clericus, tit. de feudis, concludit Clericum etiam posse succedere in feudo, & si habeat præstare seruitium personale, si per Clericum honeste possit præstari; idem comprobar Cæphal. conf. 641. lib. 5. & conf. 151. n. 21. tom. 2. & tunc sunt Canonicae dispositiones, quæ clare permittunt Clericos feuda possidere, cap. verum, cap. ex transmissa de foro competenti, cap. nimis de iure iur. Zafius de feudis, par. 5. circa fin. nu. 71. Cardinal. in cap. 1. §. & quia post principium de his, qui feudum dare possunt, & ibi Martin. Laud. & secundum hæc bis iudicasse facultatem iuris Academæ Ingolstadiensis, refert Barthol. Rom. in l. vt vim, n. 70. ff. de iustitia, & iure, Kirchouius in commun. op n. verb. Clerici, num. 9. Nicol. Mozius in tit. ex quib. caus. feud. amitt. n. 12. Iul. Clar. in §. feudum, q. 78. r. u. 4. dicens, idc n procedere quando posset seruitium personale præstare per substitutum ex communii opinione, quam refert & sequitur Crauet. conf. 303. num. 10. vers. secundo respondet, Bald. in l. quisquis, C. de Episcopis, & Clericis, Cæphal. d. conf. 51. n. 41. pro quibus alia adducit Blanchus in epitome feudor. lib. 1. c. 7. r. 7. 24 † dicens Clericos tali casu debere præstare, etiam laicis iuramentum fidelitatis, argum. dict. cap. nimis, & cap. solita, de maiorit. & obedient. cum alijs per eum congregatis.

Sed in nostro casu est extra omne dubium, quod in quibuscumque dispositionibus, † in quibus ordine primogeniturae aliqui vocantur, & illis deficientibus consanguineus propinquior, si propinquior inueniatur Clericus succedet, iuxta sententiam Abbatis in cap. Ecclesiæ S. Mariae, nu. 34. de constitutionibus, & num. 36. † quia non perdit successionis iura per Clericatum, cap. quia nos de testamento. cap. relatum, §. cæterum, eod. tit. imo debent succedere, non minus, quam laici succedere debent, ex notatis in l. Deo nobis, C. de Episcopis, & Cler. Alex. in l. sub conditione, ff. de liber. & postitum. Cæphal. ubi proxime num. 35. Calderin. d. conf. 2. de feudis, † nam quis ex eo, quod factus fuerit Sacerdos, non amittit naturalia iura, l. ius agnationis, ff. de pactis, §. sed naturalia, in tit. de iure naturali, imo nec ciuilia sibi vtilia, cap. indecorum de ætat. & qualit. l. sacro/ancæ, C. de Episcop. & Cleric. nec honor mutat personæ originem, & genus, l. fal/a, §. 1. ff. de condit. & demonjri. ibi. Nā

honor eius aduentus est, non conditio mutata, vbi Paul. Castr. l. Alexandrinum, C. de decurion. lib. 10. l. per adoptionem, ff. de adoptio. l. Senatores, ff. de Senatoribus.

Et † ita est receptum in Regnis Castellæ Cleri- 28 cos succedere in maioratibus, & si tales sint, quod habeant annexam dignitatem, aut iurisdictionem, tradit loan. Lecerier in tract. de primogen. lib. 1. q. 24. n. 16. & seqq. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 15. par. 2. glo. 19. verbo siendo bone para ello, ante q. 1. Martin. Laudenf. in tract. de primogen. q. 30. Ant. Gomez in l. 40. Tauri, nu. 66. in fin. Tiraq. de iure primogen. q. 44. n. 6. & seqq. Acola de maiora tu bonorum Regia Coronæ, nu. 33. Molina de Hisp. primogen. lib. 1. cap. 13. num. 97. alter Doctor Molina Theologus meus Ciuis, tom. 3. de iustitia, tra- etat. 2. disput. 623. nu. 6. Matienço in l. 1. tit. 7. lib. 5. Recopil. glo. 1. num. 19. Velazquez in dict. 1. 40. Tauri, glo. 4. n. vlt. pro cuius confirmatione Molina dict. num. 97. ait, † quod Episcopus potest 29 etiam esse Comes ratione patrimonij, & successio- nis, ex notabili sententia Abbat. in cap. inter dilectos, num. 2. & 5. de fide instrument. quem ibi se- quitur Felin. n. 3. Barbac. in tractat. de præstantia, Cardinal. par. 1. q. 5. princip. n. 13.

Et quoc huiusmodi veritas in nostro casu pro- cedat, confirmatur ex eo, quod institutor itius maioratus fuit Clericus, qui cum propriis non haberet descendentes, non censem voluisse ex- cludere, quinimo admittere Clericum propin- quiorem descendentiæ Ioannis del Castillo, quæ prætulit, videmus equidem in similibus terminis, quod † quando maioratus fuit a summa in- 30 stitutus, non censemur ab ipso voluisse excludere fœminas, ut singulariter consuluit Anchæ. conf. 339. incip. pro maior., col. 5. vers. 3. Socin. in l. Gal- lus, §. nunc de l. Velleia. vers. secundo potest, ff. de li- ber. & postitum. Iaf. in l. sed si bac, col. 1. ff. de in ius vocan. Gratt. respons. 159. incip. illustrissimè, n. 14. lib. 2. Burgos de Paz in proœmio ll. Tauri, nu. 131. & conf. 23. n. 10.

Et in huius resolutionis fauorem est urgentissima conjectura, quod dictus Lopus de Santaren in suo testamento declarando animum, quem ha- buit tempore institutionis dicti maioratus, di- sposuit, quod si deficerent descendentes Ioannis del Castillo succederent in dictis bonis Parochi, & Beneficiati dictæ Ciuitatis, & illorum capitulum probatio evidens, quod noluit excludere Clericos, imo ipsos admittere; † nam scriptura vna declaratur per aliam, l. qui nō militabat, §. Lu- cio Titio, ubi Bart. vers. in textu ibi veteres, ff. de bæ- redib. insit. l. cohæredi, §. qui discretas, ff. de vulgar. & pupillar. substit. l. vtrum, ff. de petit. bæredit. l. sed Julianus, §. sed, & si, ff. ad Macedonianum, Burgos de Paz conf. 2. n. 59. & conf. 26. num. 38.

Nec obstat dicere dictos D. Ioannem Amora- ga, & Licentiatum della Torre, quod institutor vocavit propinquorem consanguineum cum qualitate, quod esset de descendentiæ Roderici del Castillo eius patris, quare ipsi debent succe- dere per viam representationis, qua mediante esent propinquiores institutoris, quam dictus

Ro.

Rodericus del Castillo possessor, eo quod dicant
repräsentare Bachallareum Sebastianū del Ca-
stillo, qui fuit frater maior fundatoris, & auus
maternus Licentiati della Torre, ac bisnus dicti
D. Ioannis, nā laristit multis modis; primo, quod
dictus Rodericus postessor habet nominationem
specificam, tanquam descendens Ioannis del Ca-
stillo, cuius descendantiam institutos prætulit, &
per consequens personam postessoris, tanquam
eius filii primogeniti, hoc enim insinuant voca-
tiones, cum potiū descendentes dicti Aluari repe-
riantur vocati descendentes Ioannis del Castillo,
nam & primo nominati centetur magis dilecti,
l. qui soluendo la 2. ff. de hæredib. in tit. l. Publius, §.
fin. ff. de condit. & demonstr. l. quoties, ff. de usufru-
ctu, Socin. iunior conf. 15 l. n. 8. lib. 2. Ioannes Gu-
tierrez conf. 18. n. 4. 2. l. hæredes mei, §. fin. vbi Ale-
xand. ff. ad Trebell. Bald. in l. l. C. de adict. D. Adr.
zoll. facit bonus text. in cap. 1. §. quinetiam, in tit.
Episcopum, vel Abbatem, in usibus feudorū, vbi di-
citur, quod si in investitura dicatur pro te, & hæ-
redibus suis masculis, & foeminis, quod masculi
admittuntur, & omnibus masculis finitis foemi-
nis ea ratione secundum Doctores ibi, quia sunt
prius nominati masculi, quam foeminae, & sicut
prioritas nominationis, & prior descriptio præ-
rogatiua inducit in honoribus, l. 1. cum similib.
ff. de albo scribendo, l. quoties, vbi bonus text. ff. de
usufructu, l. cum pater, §. penult. ff. de legat. 2. l. ut
gradatim, ff. de munerib. & honorib. l. sciendum, §.
ordine, ff. de legationibus, Bellamera decij. 9. de præ-
bend. n. 2. & ita omnes descendentes dicti Ioan-
nis del Castillo debent præferri, & deficere prius,
quam admittantur descendentes dicti Bachal-
laurei Sebastiani del Castillo, ex text. singulari in
l. cum ita, §. in fideicomisso, ff. de legat. 2. cuius
hæc verba: In fideicomisso, quod familiæ rel. nqui-
tur, bi ad petitionem eius admitti possunt, qui nomi-
nati sunt, aut post eos omnes extintos, qui ex nomi-
ne defunctorum fuerunt tempore quo testator moreretur,
quem textum dicit ibi summè ponderandum,
Paul. de Castr. verbo post eos omnes, determinans
per eum, quod prius debent totaliter extingui
primo nominati, quam ad ulteriores descendat
fideicomisso, etiam si primi nominati sint re-
motioris gradus, l. 2. tit. 15. par. 2. iiii: Pero si todos
fallecen deue heredar el Reino el mas propinquuo
pariente, Bald. in l. cum antiquoribus, n. 11. verific.
rono, C. de iure del. ber. Paul. Castr. conf. 164. n. 4. &
5. lib. 2. Molina lib. 3. cap. 6. n. 30. & seqq. Cæphal.
conf. 53. num. 68. lib. 1. & conf. 158. num. 26. lib. 2.
35 & sufficit ordo dispositionis, & scripturæ, in
qua non facta mentione descendentiū in dicti Ba-
challarei Sebastiani, nisi de Aluaro primo voca-
to eius descendentiā deficiente vocantur descendē-
tates Ioannis del Castillo, quod si facit, ut præ-
ferantur, mol. in l. qui solidum, ff. de hæredib. in tit.
Bald. & alijs, quos refert Cæphal. conf. 16. nu. 16.
tom. 1. Pro quo facit notab. text. in l. cum pater
79. §. penultim. ff. de legat. 2. vbi text. ait: Ate peto
marito si quos l. beros habueris, illis prædia relin-
quas, vel si non habueris, tuis siue meis propinquis,
aut etiam nostris libertis, non esse datam electionem,

sed ordine scripture factam substitutionem respondi,
ponderat Ant. Gom. in l. 40. Tauri, num. 62. vers.
tertio, & tom. 1. variaru: n, cap. 2. num. 4. Bart. in l.
1. n. 14. ff. de condit. & demonstr. glos. verbo nō ex-
primat, in l. Gallus, §. quidam recte, ff. de liberis, &
posthum. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 15. part. 2. glos.
18. q. 5. Molina lib. 2. de primogen. cap. 11. num. 36.
& eit in idem decil. text. in l. hæredes mei, §. fin. ff.
ad Trebellianum, vbi testator, qui fideicomisso
in hæc verba fecit: Rejistue filiis meis, vel nepotibus,
vel agnatis, & si videatur electionem conce-
ssisse, cui volueret fideicommissarius relinquendi,
nihilominus ait textus, quod ista est forma
præcisa, & quæ obseruari debet nominare prius
filios, quam nepotes; nepotes vero prius, quam
consanguineos, & ita dictus Rodericus del Ca-
stillo postessor, tanquam filius specificè nomina-
ti debet præferri; nam magis dilectus, & om-
nes eius descendentes censemur potius vocati,
& in substitutionibus præferuntur minus dilec-
tis, l. si seruus plurium, §. finali, ff. de legat. 1. l. si
fuerit, ff. reb. dub. d. l. Publius, §. fin. ff. de condit. &
demonstr. l. Centurio, vbi Alberic. in summario, ff. de
vulgar. & pupill. subtit. Burgos de Paz conf. 27.
n. 25. & conf. 29. n. 52. 36
Et ita foret iniquum excludere dictum Rode-
ricum del Castillo vocatum, & propinquorem
consanguineum institutoris propter remotiores,
& non vocatos, quod dicendum non est, & quia
dispositio non est eo modo interpretanda, quod
minus dilectus magis dilecto præferatur in suc-
cessione, etiam si verba improprietur, vt ex d. l.
Publius, §. fin. tradunt DD. in l. 1. ff. de vulg. & pu-
pilla subtit. post glo. verbo excludi, in l. si mater,
cod. tit. Alex. conf. 93. incip. alias confit. nu. 7. &
20. l. b. 3. & conf. 125. attentis verbis, n. 17. & seq.
vol. 5. post Bart. in l. Gallus, §. etiam si à parente, ff.
de liber. & posthum. Burgos de Paz dict. conf. 27. n.
27. lo. Gutierrez. conf. 18. n. 41. Cæphal. confil. 126.
præmitto num. 20. tom. 1. & conf. 196. n. 19. & eis.
238. n. 26. tom. 2. Ruin. conf. 111. n. 16. lib. 1. & eis.
150. n. 8. lib. 2. Roland. à Valle conf. 58. n. 77. lib. 3. 37
Nec obstat dicere, quod partes aduersæ de-
scendunt à Roderico del Castillo patre instituto-
ris, qui in vocatione consanguinei propinquioris
hoc etiam addidit, quod descendenter ab illius pa-
tre, hoc enim solūmodo fuit ad tollendum du-
biū, quod euincire poterat si aliqui consanguinei,
tranverales tamen, nec descendentes à di-
cto Roderico ad successionem admitti vellent,
quare non sufficit ab eo descendere, nisi etiam
sint descendentes Ioannis del Castillo; nam licet
ipse fuisset minor altero fratre potuit ipsum, &
descendentes eius institutor præferre, & vbi
duo copulatiū requiruntur necesse eit, quod
utrumque concurrat, ut dispositio locū habeat,
nec sufficit alterum adesse, l. si hæredi plures, ff. de
condit. in tit. l. si is, qui ducenta, §. utrum, ff. de rebus
dub. cap. inter ceteras de re script. Socin. in l. Gallus,
§. nunc de l. Velleia. n. 2. ff. de liber. & posthum. Cæ-
phal. conf. 132. n. 1. tom. 1. Marc. Ant. Eugen. conf.
22. n. 24. lib. 1. Matienço in l. 8. tit. 1. lib. 5. Recopi-
lat. glo. 1. n. 4. 38

Vlterius, nam dictus Rodericus del Castillo possessor attenta eius persona, prout debet fieri in hoc casu, est consanguineus propinquior, non solum D. Ioanna eius nepotis ultimæ posseditricis, sed etiam Lupi de Santaren institutoris; aduersarij vero sunt transversales, & remotores respectu vtriusque ultra filios fratrum, & ita non possunt se iuare representatione sui prædecessoris, sed venire ex propria persona, † nam licet ius duodecim tabularum admisisset nepotes ad representandum parentes in successione auorū, quod etiam de iure praetorio fuit admissum, l. vt intestato, C. de suis, & legitimis heredibus, l. si defunctus eiusdem tituli, l. 1. §. si filius suus, & §. sed si quis, ff. de suis, & legitimis heredibus, §. cum filius, & §. item vetustas, instit. de heredit. que ab intestato defer. Maturinus Montanus in commentarys, authentic. de heredibus ab intestato, venientibus, vers. ceterum, l. 3. tit. 13. par. 6. vbi Gregor. Lopez glos. 5. Ant. Gomez tom. 1. cap. 1. nu. 13. & 14. & constat ex auth. de nuptijs, §. si verò filiorum, collat. 4. Oliuerius in commentarys tit. instit. de successionib. ab intest. n. 15.

Et † hoc non procedebat extra huiusmodi causam, nam extra successionem patruorum nepotes ex fratre non subintrabant in locum parentū, nec eos representabant, non solum antiquo illo iure duodecim tabularum, aut digestorum, verū nec iure Codicis, l. 2. §. hereditas, & §. legitima, ff. de suis, & legitimis heredibus, §. si plures, instit. de legitima agnatorum successione, d. l. 3. tit. 13. part. 6. vbi Gregor. Lopez glos. 6. & quamuis hoc innovauerit † nouissimum ius auth. introducendo, quod in successione patrui succederent filii fratrum defunctorum, ipsos representando, & subintrando locum illorum cum fratribus superstribus, vt in auth. de heredibus ab intestato venientibus, §. reliquum, vers. sinautem defunctus, & §. sinautem cum fratribus, collat. 9. & in auth. vt fratrum filij, in princ. ead. collat. auth. cessante, C. de legitimis heredibus, l. 5. tit. 13. par. 6. §. hoc etiam, instit. de legitima agnatorum successione, Maturinus vbi proximè regul. 1. infine, Couarr. in epitome de success. ab intest. n. 7. vers. primum, & hodiè caueatur expreße l. 8. Tauri, & l. 9. tit. 8. lib. 5. Recopulation. Idemque erat Atheniensium leges sanctum, de qua mentionem Demosthenes facit in oratione contra Macartatum de Agniæ hereditate, † hoc ius representationis non competit eis de iure communi, sed ex priuilegio clauso tamen in corpore iuris, per text. singularcm in §. sinautem defuncto, ibi: Huiusmodi priuilegium, in authentic. de heredib. ab intest. venient. collat. 9. Oliuer. Textor vbi proximè num. 16. Gamma decis. 174. nu. 1. & tanquam p. priuilegium est limitate concessum, nā in his duobus gradibus successionum, excepto primo gradu ascendenti, & transversalium, in reliquis corundem transversalium successionibus ius antiquum est incorrectum; † & ideo representatione non progreditur fratres, & eorum filios, auth. post fratres, l. 2. C. de legitimis heredibus, iuncta glos. 1. Cuiat. lib. 2. committariorum de feidis, tit. 11. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. 15. nu. 1.

auth. de heredib. ab intest. venient. §. si verò neque, collat. 9. vbi Bart. notab. 1. idem Cyn. & Alberic. & communiter Doctores in dict. auth. post fratres, Paul. de Castr. conf. 33. incip. de iure communi, n. 1. vol. 2. Ant. Gomez int. 8. Tauri, num. 18. Co. uarr. in pract. quest. cap. 38. num. 4. & seqq. Tiber. Decian. respons. 1. n. 363. & 398. vol. 1. Matienço in l. 5. tit. 8. lib. 5. Recopil. glos. 1. nu. 17. 10. Guierr. lib. 3. practicarum q. 66. n. 2. Oliuerius vbi proxime num. 18. d. l. 6. tit. 13. par. 6. Boer. decis. 302. m. 2. & conf. 32. nu. 1. & 2. Benintendus conclusione Rot. & Bononiensis 51. n. 1. Molina de iustitia tom. 3. dispu. 625. num. 1. & debent multum ponderari verba dicti auth. de heredib. ab intest. §. huiusmodi, vbi dicitur: Huiusmodi verò priuilegium (representationis scilicet) in hoc ordine cognitionis (collateralium videlicet) solum præbemus fratrum masculorum, & fæminarum, filijs, aut filiabus, vt in suorum parentum iura succedant, nulli alij omnino personæ ex hoc ordine venienti hoc ius largimur; iunctis verbis sequentibus: Sed & ipsis fratrum filiis tuc hoc beneficium conferimus, quando cum proprijs vocantur theois. Ergo si non cum theois vocantur, non datur beneficium representationis, † cum vnius causis inclusio, alterius sit exclusio, l. cum Prætor, ff. de iudicijs, l. cum lex, ff. de legibus, l. cum ita legatum, ff. de condit. & demonstrat, Tiraq. de retractu lignag. §. 1. glos. 9. n. 39. † & quia contrarius legis sensus accipitur pro lege, vt tradit Accursius in l. qui testamento, §. mulier, verbo argumentum, ff. de testamentis, Bart. in l. omnes populi, n. 61. ff. de iustitia, & iure, cap. cum virum de regularibus, Mantic. lib. 3. de coniect. vltim. voluntat. tit. 15. num. 10. lo. Neuizan. lib. 1. sylva nuptialis, nu. 212. † quia argumentum a contrario sensu venit ex mente legis, & est eiusdem virtutis, l. cum quid, ff. si cert. petat. glos. in l. Prætor ait, in princ. ff. de noui operis nuntiatione, Bart. vbi proximè, Ancharr. conf. 213. incip. p. pro ista parte, & in repet. cap. canonum statuta 5. quest. princip. de constitut: on. Euerard. in loco à contrario sensu, n. 2. ergo cum à contrario sensu veniat ex mente illius textus, quod illud beneficium solum conceditur consobrinis, quando cū patruis concurrunt, sequitur, quod ultra istum casum in collateralibus sit exclusa representatione.

Et ratio differentiæ in representationibus descendenti, & transversalium à Doctoribus assignantur in dict. auth. post fratres, Fabro in §. item vetustas in fin. institut. de heredit. quæ ab intestato deferunt, Oliuerio vbi proximè num. 18. † Nam successio qua descendentes succedunt suis ascendentibus est naturalis, debita quæ iurenatur, & parentum voto conformis, §. ex his, instit. de gradib. success. l. scripto, ff. unde liberi, Papinianus lib. 3. questionum, in l. n. an & si parentibus, ff. de inoff. testament. Paulus l. bro singulare de portionibus, quæ liberis agnatorum conceduntur, in l. cum ratio, ff. de bonis damnatorum, l. in suis, ff. de liber. & post humis, Tiraquell. in l. si unquam, in præfatione num. 4. C. de reuocard. donat. quo pertinet oratio Martini Antonij ad Senatum, cuius meminit Vulcius Gallicanus in Auidio Cassio, & epistola Aurelio.

Bani Imperatoris de Heraclamone ad Mallum Chibnem, quam recitat Flavius Vopilcus in eodem, quocum omnium sententiam non obscuris verbis, sed mutus est Diuus Paulus gentium lumine in posteriori epistola ad Corinthios cap. 12. Maturinus Montanus, ubi supra, vers. quemadmodum, & consequenter eti fauorabilis; † aliae vero duæ, quarto scilicet naturæ ordineturbat ascendetes descendenterbus succedunt, aut collaterales sibi inuicem, est à iure naturæ exorbitans, dict. l. nam & si parentibus, ideo venit restringenda, ut in ea ius representationis ultra nepotes ex filio pretermotuo non porrigitur, Maturinus in commentarij dicti authent. regul. 18. † nam satis est, quod priuilegium eos, qui sunt in secundo, aut tertio gradu, representaret loco vnius gradus in praedictum filiorum priuatum iocum vere tenentium, argum. l. si quando, §. 1. C. de inoffic testamento. nam ut alibi, etiam dicit text. in l. tutori, C. de negot. gest. & sufficit in paucis amici amoti consili, l. tuiores 40. §. curator ad fidem, ff. de adm n. st. tutor. lo. Andr. in cap. proposit. n. 13. de filiis Presbyter. C. apocal. conf. 23. n. 95. & conf. 77. nu. 49. lib. 10. Grégor. Lopez in l. 32. tit. 9. par. 6. glot. 3. † nam talia priuilegia representationis iure cuiusdam amicitiae, & benevolentie concessa videatur Oliuerio, ubi proxime num. 20. Molina dicta disputation. 626. nu. 1. vers. imo. [Latrea decis. 54. num. 20.]

